

1 Titulus: "De Theoria Casuum Generativa deque Methodo Philologica"
2 Scriptor: Stephanus A. Berard, Ph.D., Wenatchee Valley College

3 Linguis utentes linguasque docentes assidue tria facimus: primum, singulis verbis nostris *Potentias*
4 *Grammaticas* attribuimus; secundum, verborum ab aliis prolatorum *Potentias Grammaticas* discernimus;
5 tertio loco, discipulos nostros ad ambo haec opera perficienda adiuvamus. Rationes autem quibus
6 singula verba re vera *Potentias Grammaticas* suas *exsolvunt* sunt et subtiles et nexusae atque etiam
7 praescripta morphologica et *structuralia* saepe superant quae in enchiridiis grammaticis inveniuntur.
8 Hac in acroasi, machina theoretica fultus cui titulus "Theoria Gubernationis Annexionisque," additis
9 aliquot condicionibus in Berard (1993) et (1995) allatis, animum in id genus sermonem humanum
10 intendam qui valde declinabilis sive inflectionalis esse dicitur atque in quo plerumque, aliter quam
11 in sermone Anglico ut *structurali* sive "configurationali," inter omnes tres modos *lexematum* ad *Potentias*
12 *Grammaticas ligandorum* suppletive alternatur.

13 (1) a. Auch deren Nachbarn, die Vandalen, besiegten und unterwarfen die Goten.
14 (Schreiber 1993:16)

15 b. → [N [Auch] [deren] Nachbarn, die Vandalen]^(nom/acc?pl) [v besiegten und
16 etiam eorum contermini/-os? Vandali/-os? vicerunt et
unterwarfen]^(p) [N die Goten]^(nom/acc?pl)
17 subegerunt Gothi/-os?

19 Extra contextum exemplum (1) est ambiguum. Lector aevi de quo agitur ignarus certo scire
20 haud potest utrum Vandali Gothos an Gothi Vandalos domaverint. Causa est quod duae *lacunae*
21 *ambiguae* in linguae Theodiscae modernae systematibus (a) morphologico et (b) *structurali* hic inter se
22 fortuito congruunt. In lingua Theodisca, ut linguarum "V-2" quae dicuntur una, *Locutionem Verbalem*
23 oportet esse secundum elementum in membro principali declarativo positum. Si porro subiectum
24 non primo in loco ante verbum declinatum stat, necesse est hoc subiectum verbum declinatum
25 proxime subsequatur. Vbi elementa et ante et post verbum declinatum posita pariter sunt *Locutiones*
26 *Nominales* quarum altera subiectum esse potest altera obiectum, signa ipsa morphologica intra
27 *Locutionem Nominalem* posita (sive nominalia sive pronomialia sive articularia sive adiectivalia) saepe
28 sed, sicut in (1), non semper efficere possunt ut *Potentiae Grammaticae Locutionibus Nominalibus* recte
29 attribuantur.

30 Ad designationes *structurales* aut morphologicas, quae, ut modo diximus, *discrimina criteriali* modo
31 suppeditare possunt modo non possunt, accedunt, quod ad *Locutionum Nominalium Potentias Grammaticas*
32 attinet, designationes *thematicae*. Quae designationes *thematicae subclassificationem* efficiunt designationum
33 *semanticarum*. In *Grammatica Generativa*, *argumentorum sententialium Potentiae Grammaticae* denominantur
34 "munera thematic" sive " θ -munera." Nimirum in verbo quopiam *monotransitivo* cuius *contrarium*
35 *hypocategoricum* formam talem habeat qualem [v [LN₁ <AGENS>] [v [LN₂ <THEMA>] x]], si
36 tantummodo altera ex duabus *Locutionibus Nominalibus* signo aliquo *criteriali* instructa sit *Casum* indicanti,
37 *exsolvi* possunt plane, cessantibus optionibus, ambo θ -munera.

38 Vbi duae *Locutiones Nominales* quae eodem *contrario hypocategorico* continentur unum *argumentum*
39 *externum* (sive subiectum) et unum *argumentum internum* (sive obiectum) sunt, linguae Theodiscae
40 Modernae copia morphologica plerumque tantum in figuris masculinis singularibus paria *discretiva*
41 suppeditat. In figuris singularibus feminini et neutri generis atque in figuris pluralibus necnon in

42 nominibus propriis, non exstat inter casus nominativum et accusativum discriminem morphologicum
43 *discretivum*.

44 Itaque in exemplo (1), quod ambae *Locutiones Nominales* plurales sunt numero, utrum harum casus
45 nominativus sit an accusativus nec morphologiche nec, ut iam vidimus, *structuraliter* decerni potest.
46 Duo *systemata ligativa* et *structurale* et morphologicum (“*S-systema*” et “*M-systema*” dicta) hoc loco
47 claudicant. Qui locus dupliciter claudicans, *sententiae declarativae* Theodiscae notam propriam
48 retegens, quippe qui locus *systematum ligativorum* duorum duo paria minima *positionum* non satis distincte
49 designatarum contineat, optimum praebet exemplum quo inter diversa *systemata ligativa* actiones
50 reciprocae atque suppletivae clare describantur. Scimus omnes systemata quoque morphologica
51 Latina et Palaeograeca similia paria minima non distincta ideoque non *discretiva* continere, verbi gratia,
52 *positiones nominativam* et *accusativam* neutri generis ambarum linguarum classicarum necnon et
53 easdem *positiones* in plurali numero tertiae declinationis linguae Latinae—etsi harum quidem
54 linguarum *lacunae ambiguæ* morphologicae non tam ampliae sunt quam in lingua Theodisca moderna.
55 De linguis classicis scimus quoque, quod harum linguarum Locutio Verbalis “*plana*” est (vide infra),
56 omnium *argumentorum* situs in *serie* ita cum ceterorum *argumentorum* sitibus (sc. sub *nodis V'* vel *V*' vel
57 *V*) saepissime permutari posse ut nulla *Potentia Grammatica* valere cessen.

58 (2) a. $\pi_1 \rightarrow [v^* [v^* NP_1 \quad V] NP_2]$
59 $\hat{p}_{(=\Phi)}$

- 60 b. $\rightarrow [v^* Auch [v^* [N \text{ deren Nachbarn, die Vandalen}] [v^* \text{ besiegten und unterwarfen}]]]$
61 c. $[N \text{ die Goten}] = \text{"Gothi Vandalos quoque, illis (sc., Rugiis) conterminos, vicerunt sube-}$
62 geruntque."
63 d. $*\pi_2 \rightarrow [v^* NP_1 [v^* V NP_2]]$
64 e. $\rightarrow [v^* Auch [NP \text{ deren Nachbarn, die Vandalen}] [v^* [v^* \text{ besiegten und unterwarfen}]]$
65 $[NP \text{ die Goten}]] = \text{"Gothi Vandalos quoque, conterminos (sibi), vicerunt subegeruntque."}$

66 Sine igitur contextu *discursali* aliquo (hoc est, sine “ π ” aliquo) *Locutionum Nominalium* ambobus a
67 lateribus verbi temporalis in (1) positorum *Potentiae Grammaticae* exsolvi non possunt. Quod ad horum
68 θ -munerum *exsolutionem* attinet, sunt dumtaxat duae *indications* quas hoc π accipere potest. Ut per
69 exemplum (2a -b) demonstratur, π_1 aliquod [Goten] seliget ad *munus* subiecti et [Vandalen] ad *munus*
70 obiecti. Ut per (2c-d) demonstratur, $*\pi_2$ aliquod [Vandalen] ad *munus* subiecti seliget et [Goten] ad
71 *munus* obiecti. $*\pi_2$ signum asterisco notatum est quoniam re vera non est id π quod ad rem
72 attinet. Exemplum (2a-b) interpretationem praestat a scriptore destinatam. *Potentiarum*
73 *Grammaticarum exsolutio*, quae est syntaxis *Functio Fundamentalis* (“FF”), hoc modo *pragmatico*
74 peragitur; scilicet *Potentiae Grammaticae* per *ligamen pragmaticum* attribui possunt, quod quidem
75 *ligamen subclassificatio* est omnium *ligaminum* possibilium (“ Φ ”). Quamobrem hae *categoriae* designatione
76 $\hat{p}_{(=\Phi)}$ subnotatae sunt. Proxima in disputatione erunt utiles definitiones quae in (3) datae
77 sunt.

78 (3) a. **Structura Lexicalis Notionalis** (“SLN”):

79 *Grammaticae Generativa* fastigium theoreticum in quo vocabulorum series iam inter se
80 *structuras* semanticas habent sed adhuc syntacticis sive grammaticis, proprie dictis,
81 caret. Hoc est *fastigium* significationis semanticae priore in loco positum quam *Lexicalis*
82 *Structura*. (Anglice: *Lexical Conceptual Structure*)

83 b. **Lexicalis Structura** ("LS"):

84 Modus principalis quo verborum series inter se reciproce agunt cum sit aliquod sistema ligativum
 85 iam accommodatum sed adhuc a cuiuspam systematis ligativi proprietatibus singulis
 86 abstractum. LS est ergo Grammaticae Generativaes partis Syntacticae fastigium
 87 supremum sive *abstractissimum*. (Anglice: *Lexical Structure*)

88 c. **Ligamen**:

89 Proprietas systematis aequae *modalitatis*, scilicet signum aliquod inter alia signa eiusdem
 90 *modalitatis* quae efficere possit ut *lexema* quodpiam *Potentiam Grammaticam exsolvat*.

91 c. **Ligationis Modalitates**:

92 *Morphologica* ("M"): *Ligamen* ex proprietate morphophonemica vel *subclassificatione* proprietatum morphophonemicarum *lexematis* constat.

93 *Structuralis* ("S"): *Ligamen* ex proprietate ordinis *serialis lexematum* constat.

94 *Pragmatica* ("P"): *Ligamen* ex proprietate *contextus discursivi* (seu verbalis seu non verbalis) constat.

95 d. **Status Ligativus**:

96 *Ligamina* ita adesse possunt ut (1) omnino non fungantur (sc. ut sint, e.g., prorsus *vestigia*) aut (2) ut *criterialiter* fungantur aut (3) ut numerum *Potentiarum Grammaticarum* restringant quas *ligamini* cuiquam *exsolvere* liceat. Status *Ligativus* modum quo aut gradum ad quem *ligamen* ad FF exsequendam adhibeatur.

97 Siquidem regula universalis *Lexicalis Structurae* talis est qualis in formula (4a) scripta (quae, in prosam orationem versa, sibi vult "Functio Fundamentalis, hic 'F', operatur dummodo pro x categoria quaque exstet *Potentia Grammatica* huius x per aliquod *sistema ligativum* Φ denominata, seu per alicuius *systematis ligativi terminos expressa*") videtur ergo linguae Theodiscae Modernae regula *Lexicalis Structurae* generalis ita exprimi posse ut in (4b) atque linguae omnino non inflectionalis, sicut Sinensis, ut in (4c).

108 (4) a. $F \Leftrightarrow \forall x \exists \frac{f(x)}{\Phi}$

109 b. $F \Leftrightarrow \forall x \exists \frac{f(x)}{\Phi^{(\neg s)(\neg m)(\neg p)}}$

110 c. $F \Leftrightarrow \forall x \exists \frac{f(x)}{\Phi^{(\neg s)(\neg p)}}$

111 Exemplum (5) quaestionem notatu dignam proponit. Potestne enim fieri ut *ligatio* illius θ -muneris
 112 quod est [_v" <AGENS> beantwortete] ad *Locutionem Nominalem* quae est [Unbewußtes] et *ligatio* illius θ -
 113 muneris quod est [_v" <THEMA> beantwortete] ad *Locutionem Nominalem* quae est [Frage] per horum
 114 *lexematum campos semanticos* omnino sine respectu *contextus discursalis* cogantur, h.e., ut "semantice (σ)
 115 *ligetur*? Scilicet, suntne *indices semanticci*, sine respectu condicionum *pragmaticarum* vel his loco
 116 theoretico priore exorti, *lexematisbus* quae sunt [Frage] et [Ubewußtes] impositi qui vicissim efficere
 117 possint ut (a) interrogatio alicui rei respondere non liceat aut (b) aliquid alicuius inconscio respondere
 118 non liceat? Primo aspectu haud scio an hoc convenire videatur. Enimvero est quandam temptatum
 119 semanticam et syntaxin *inter se committere*. Quod autem si accuratius cognoverimus, manifestum fiet

120 conatum proprietates syntacticas tantummodo ex *campis semanticis* definiendi ad disputationes
121 philosophicas infinitas perducere necnon et ad denotationes semanticas vanas *Lexico* inserendi.

122 (5) a. Die Frage seiner Geliebten beantwortete sein Unbewußtes mit einem stechenden Schmerz
123 in der Magengrube. (Bache 1990:102)

124 b. [_N Die Frage [seiner Geliebten]^(fem.nom/acc²) [_v beantwortete]^(sg)
125 (artic.) *interrogatio/ni?* *eius amantis* *respondit*

126 [_N sein Unbewußtes]^(neut.nom/acc²) mit einem stechenden Schmerz in der
127 *eius inconscium?* *per* (artic.) *mordentem dolorem* in (artic.)

128 Magengrube

129 *imo ventre*

130 c. $\pi_1 \rightarrow [\text{v''} [\text{v'} \text{NP}_1 \quad \text{V}] \text{NP}_2 \quad [\text{v'} \text{PP}]]$
131 $[p/\sigma^2]_{(=\Phi)} \quad [p/\sigma^2]_{(=\Phi)}$

132 d. $\rightarrow [\text{v''} [\text{v'} [\substack{\text{N} \text{ Die Frage seiner Geliebten} \\ \text{N} \text{ sein Unbewußtes}}] [\text{v} \text{ beantwortete}]] [\substack{\text{N} \text{ sein Unbewußtes} \\ \text{PP} \text{ mit}}]$
133 $\text{einem stechenden Schmerz in der Magengrube}]] (= "Inscium eius interrogatio amantis$
134 $\text{per mordentem dolorem in imo ventre respondit.}") \rightarrow "Ad amantis interrogacionem pars$
135 $\text{mentis eius inscia mordenti dolore imo in ventre suscitando respondit.")$

136 e. $*\pi_2 \rightarrow [\text{v''} \text{NP}_1 [\text{v'} \text{V NP}_2 \text{PP}]]$

137 f. $\rightarrow [\text{v''} [\text{NP} \text{ Die Frage seiner Geliebten} [\text{v'} [\text{v} \text{ beantwortete}]] [\text{NP} \text{ sein Unbewußtes}]] [\text{PP} \text{ mit einem}}$
138 $\text{stechenden Schmerz in der Magengrube}]] (= "Interrogatio amantis ad inconscium eius per$
139 $\text{mordentem dolorem in imo ventre respondit.}") \rightarrow "Ad mentis eius partem insciam$
140 $\text{interrogatio amantis mordenti dolore imo in ventre suscitando respondit.")$

141 Quae quidem quaestio *campo semanticus* ad unicum *parametrum semanticum*, verbi gratia [+Animans],
142 redigendo acclarari potest. In exemplis (6a) et (6c) utraque *Locutionum Nominalium* quae sunt [wer] et
143 [wen] insigni morphologico praedita est, id quod *exsolutionem θ-muneris* efficit et suam ipsius et alterius
144 *Locutionis Nominalis*, sc. [sie], quippe quae et morphologice et *structuraliter* ambigua est. Hoc modo
145 seliguntur interpretationes (6b) et (6d). *Sententiae* autem quibus sunt tituli (6e) et (6f) ascripti eo
146 similes sunt *sententius* ambiguis supra allatis, quibus tituli (1a) et (5a), quod delinquent *ligamina* morpho-
147 logica *structuraliaque* quibus amiguitas inter subiectum nominativum et obiectum accusativum amove-
148 atur. Dixerit aliquis *monadem lexicalem* quae est [was] *indicem semanticum* ferre [-Animans], quo [was]
149 *Locutio Nominalis* ad [v' <THEMA>] θ-munus semanticę *ligaretur* atque demum, cessantibus optionibus,
150 *Locutio Nominalis* quae est *sie* ad [v' <AGENS>] θ-munus. Quae res si ita se habeat, sit ergo exemplum
151 (6f) asterisco notandum utpote per semanticam exceptum, sed exemplum (6g) demonstrat exstare
152 casum, sc. π_2 , in quo [was] *Locutionem Nominalem* ferre possit *restrictionem semanticam* [+Animans] vel
153 saltem [+Animans +Tropicum].

- 154 (6) a. Wer sieht sie? → [NP Wer]^(nom) [v sieht] [NP sie]^(fem.nom?/acc?)
 155 *Quis eam videt?* *Quis* • *videt eam*
- 156 b. → [v^{*} [NP Wer] [v^{*} [v sieht] sie]]]? (= “Quis eam videt?”)
 157 *m_(cΦ)* *m_(cΦ)*
- 158 c. Wen sieht sie? → [NP Wen]^(masc.acc) [v sieht] [NP sie]^(fem.nom?/acc?)
- 159 d. → [v^{*} [v^{*} [NP Wen] [v sieht]] sie]]? (= “Quem videt ea?”)
 160 *m_(cΦ)* *m_(cΦ)*
- 161 e. π₁ → Was sieht sie? → [v^{*} [v^{*} [NP Was] [v sieht]] sie]]? (= “Quid ea videt?”)
 162 *P_(cΦ)* *P_(cΦ)*
- 163 f. π₂ → Was sieht sie? → [v^{*} [NP Was] [v^{*} [v sieht] sie]]]? (= “Quid eam videt?”)
 164 *P_(cΦ)* *P_(cΦ)*
- 165 g. Was war es? Welch lauerndes Ungeheuer beobachtete sie? (Müller 1916: 162) (= “Quid
 166 erat? Quod latens eam intuebatur monstrum?”)

167 Chomsky (1965) vult ipsi grammaticae *parti* fundamentali (hoc est, plus minusve, *F-Structurae*)
 168 *restrictiones* semanticas inaedificare, has per relationes inter singulas *monades lexicales* exoriri intendens.
 169 Quod consilium McCawley (1968), sententiam a Katz et Fodor (1963) allatam partim sequens, reicit
 170 demonstrans depictiones semanticas prius esse *seligendas* quam cum syntaxi *committantur*. Attamen ad
 171 *selectionem* efficiendam McCawley quoque nititur usque *Lexico*, licet aliquot principiis universis
 172 significationes translatas temperantibus amplificato. Haec autem ratio agendi necessario claudicat
 173 quia omnis sermo modo tropico sive metaphorico per tempus evolvitur atque, quamquam in
 174 promptu sunt nobis resipientibus formulae idoneae ad *semitas* metaphoricas iam calcatas pervestigandas,
 175 omnino tamen deest ratio certa eas praedicendi. Qua de causa omnis conatus *restrictiones*
 176 *selectionales* mere ex semantica deducendi ex tempore fit, id quod simul efficit ut “*ligatio* semantica”
 177 putativa supervacanea sit utpote repugnans *Grammaticae Generativae* proposito, sc. omnium *sententiarum*
 178 quae in uno quoque sermone *bene formari* possint *generationi ordinatae*. Inductus est McCawley (1968)
 179 ut exempla (7a) et (7b) asterisco notaret, ea illicita esse asseverans propter *monadis lexicalis* quae est
 180 [buxom] *restrictionem selectionalem* “[*Masculinum*],” sed praesentis studii auctor *sententiam* exemplo (7a)
 181 persimilem audivit in qua adiectivum quod est *buxom* ad virum obesum describendum usurpatum est
 182 atque sententiam exemplo (7b) similem in *comedia televisifica* adhibitam ad alteram ex pari
 183 *Lesbiarum* depingendam quae filios adoptaverat. Exemplum (7c) e contextu scientiae factae
 184 excerptum est.

- 185 (7) a. My buxom neighbor is the father of two.
 186 b. My sister is the father of two.
 187 c. “George is always grouchy when he’s pregnant.” (ex *Alien Nation* spectaculo televisifico)

188 Qui rationem Iacobi McCawley defendere cupiat difficultatem modo ob oculos positam affirmet
 189 forsitan eo exortam esse quod semantologi praedicere nequiverint quorsum mores civiles habitusque
 190 mentis publici se conversuri essent quaeve miracula imaginatio scientificationalis prolatura esset.
 191 Quam incuriam forsitan redimere temptent *parametro indiciali semanticu* quod est “[*±Masculinum*]”

192 *parametrum implicacionale* universale, sicut “[±Tropicum],” addendo aut, ad textus saltem scientiae factae
193 phantasticosve tractandos, talia *parametra* qualia “[±Humanum]” vel “[±Terrestre]” vel forte “[±Vnici
194 x]; praesentis autem studii auctor numquam *selectionis* semanticae studium vidit in quo *monades lexicales*
195 extra *contextus discursivos* proprios ita tractarentur ut nullum interveniret specimen “*incuriae*” sicut
196 modo commemoratum interdictum falsum exemplorum (7a-b). Causa est, ut iam indicaverunt
197 exquisidores recentiores sicut Cresswell (1996), quod *selectionem* semanticam quamque modulat non
198 tantum definitio lexicalis sed etiam *contextus discursivus*. Verbi gratia, talis *sententia* qualis *Necesse est*
199 *suffragator sit civis* (Cresswell 1996:55-56), *restrictionem* semanticam *seligit* quae denotationibus fundatur
200 legalibus constitutionalibus vel aliis denotationibus rem spectantibus – scilicet quod attinet ad
201 omnes quae fieri possint democratias seu veras seu nuncupativas seu imaginarias seu ficticias, etc.
202 ad infinitum. *Selectio* quidem semantic per hanc *sententiam* peractam suffragatores Civitatum Foedera-
203 tarum Americae, verbi gratia, aptos reddat qui in *subclassem* quae est /*suffragatores*/ comprehendan-
204 tur, haud autem Novozelandienses.

205 Fit in omnibus rebus idem. Ad quodque *dictum*, ut *indicaturam* semanticam aliquam accipiat,
206 necesse est ex *subclasse* omnium qui fieri possunt mundorum fiat *selectio* semantic *restrictiva*. Quamvis
207 omnis *monas lexicalis* fundamentum habeat quibusdam proprietatibus, ut ita dicam, nativis praeditum,
208 propter necessitatem omnes ceteros mundos possibles excludendi numquam certo definiri possunt
209 *semitae* metaphoricae sive synecdochicae sive metonomiae quas fieri potest ut *monas lexicalis* quaepiam
210 sibi aperiat. Ergo ipsum requisitum ex *subclasse* omnium mundorum possibilium (“ Π ”) *contextualitatem*
211 certam et unicam (“ π ”) eligendi compellit *dirigitque selectionem* semanticam *initus* in syntaxin, quo
212 necessario fit ut *colum pragmaticum* cursum quoque *fluitationis semanticae* per tempus dirigat. Si igitur
213 *selectio* quaeque per π (sc. per *subclassem ligativam pragmaticam* ad rem quamque attinentem) semper *perco-*
214 *lata* erit, certa semper ratio redi poterit omnium possibilium mutationum semanticarum per cultum
215 *civilem* idiosyncrasiamve qualemcumque effectarum, atque congruenter consistenterque respicietur,
216 inter alia, *mira mollitia camporum semanticorum* quae in oratione somniorum visionumque percipitur
217 necnon in oratione superrealistica¹ et synaesthetica atque plerumque in *discursu* phantastico. Quae
218 quidem omnia humani sermonis regionem ingentem constituunt. Quae cum ita sint, certo frustra
219 determinare conemur utrum interpretatio sicut ea quae ad (5f) apposita est ullo modo apta esse possit
220 quae, secundum *restrictiones* in *Lexicon* relatas, ad *sententiam* aliquam *seligatur*. *Lexici enim* propriae sunt
221 dumtaxat definitiones acceptae, denotiones partium orationum,² *contrabia hypocategorica*. *Indices* autem
222 semanticci ad *initum* in syntaxin *praefiniendum* oportet *post Lexici exitum in fastigo pragmatico*
223 attribuantur.

224 Sunt itaque *modalitates ligationis* iam ad solas tres coartatae: sc. morphologicam, *structuralem*,
225 *pragmaticam* sive *M-systemata*, *S-systemata*, *P-systemata*. Quodque *P-systemata* est porro *correlatum* cuiuspiam
226 π (scilicet cuiuspiam *contextus discursivi* ad *dictum* quodpiam attinentis), atque quodque *P-systemata* θ -munus
227 quodcumque *exsolvere* valet. Attamen *P-systemata*, *M-systematis* *S-systematis*que similia, sunt
228 necessario defectiva propterea quod non semper satis capacia esse possunt ad ambiguitatem ab
229 omnibus *dictis* quae cuiuspiam π attribui possint amoventam. Quod manifestissimum fit eis in casibus
230 in quibus audiens sive legens *informatione* ad *contextum discursalem* attinente careat, sicut ubi is qui
231 exemplum (1a) legit non satis multa scit de historia antiqua.

- 232 (8) a. Scio quidem me te esse nunc et te esse me. (*Plautus, Captivi*, 249)
233 b. → [v^r₁ δpro^f [v^r₁ [v₁ scio^f]]] quidem [v₁ [s₂ [N me]^(acc.V''/V'?)] [N te]^(acc.V''/V'?)]
234 [v₂ esse] nunc] et [s₃ [N te]^(acc.V''/V'?) [v₃ esse] [N me]^(acc.V''/V'?)]
235

236 c. → [_{s^m1} [_{v^m1} δpro^f [_{v₁} [_{v₁} scio^f]])] quidem [_{v₁} [_{s₂} [_{v^m2} [_{NP} me]_f (_{εΦ})]] [_{v^m2} [_N te]_f (_{εΦ})]] [_{v₂} esse] nunc]]
 237
 238 et [_{s₃} [_{v^m3} [_N te]_f (_{εΦ})] [_{v₃} esse]_f (_{εΦ})]]]

240 Animadvertisendum est, absentibus et *M-ligaminibus* et *P-ligaminibus*, etiam Latine loquentem scri-
 241 bentemve oportere elementorum ordinem *canonicum* adhibere ut ambiguitatem adeo amoveat ut
 242 *Potentiae Grammaticae* exsolvi possint. Scilicet fugiendum est ad *S-systema*. Sub *S-ligatione* notae porro
 243 generis “*X-apex*” in *fastigio* ipsius *Locutionis Verbalis* positae (sc. omnes V” et V' et V *nodi*)
 244 “*Syntacticae*” sunt potius quam “*syntacticae*,” id quod dicere vult horum *nodorum modalitatem*
 245 *structuralem* esse sive his locis *S-modalitatem criteriale* esse nec tantummodo *functionalem* quod ad *FF*
 246 attinet. Vide definitiones de (9-13) numeris notatas. Sicut apud Berard (1993) et (1995) indicatum
 247 est, *Locutio Verbalis Latina canonice plana* est. Hoc est, elementa in *Δ-fastigio* posita *canonice* possunt ita
 248 ad libitum in *serie* ordinari ut *FF* non afficiatur; sed elementa in quae *proxime dominantur nodi S*”, S’,
 249 S, LN (sc., N”), LP (sc., P”, LA (sc., A”) aliquot *restrictionibus migrationalibus* subiciuntur, quamquam
 250 in linguis robuste *M-ligantibus* tales *restrictiones* multo minus fortes sunt quam in linguis, *Anglicae*
 251 *similibus*, *S-systemati* in *Δ-fastigio* faventibus. Cum Lingua Latina Classica, quae dicitur, morphologiam
 252 suam amplissimam ad ambiguitates grammaticas amovendas adhibeat, percipitur usque, ut huius rei
 253 *correlatum, hyperbaton* hac in lingua vigentissimum. Absentibus autem *M-signis* et *P-signis* discretivis,
 254 Latine loquentes *prostypa structuralia canonica* in *Δ-nodis* disponendis usurpabant ut horum *nodorum*
 255 *Potentiae Grammaticae exsolverentur*. Qua de causa *Δ-fastigii* ordo *serialis* modo duplii *suppletivoque*
 256 fungitur. Attamen apud +RS, sc. sub *M-ligatione canonica* (atque sane sub hanc *suppletive* comitante *P-li-*
 257 *gatione*), utpote *Conspectum Sententialem Functionalem* (“*CSF*”) modulans, tantummodo “*syntacticus*” est.
 258 *M-ligaminibus P-ligaminibusque discriminatione* parentibus, ordo *serialis canonicus* “*Syntacticus*” fit, quo
 259 efficitur +CS.

(9) Syntax/Syntacticus:

260 Hoc in tractatu Syntax proprie dicta (grandique scripta littera prima) tantummodo talia ex
 261 elementis vulgo “*syntacticis*” nuncupatis comprehendit qualia efficere queant ut operetur
 262 *Functio Fundamentalis*. Itaque *Structura Locutionalis* non vere Syntactica est ubi *M-systema criteriale*
 263 est ad *Potentias Grammaticas exsolvendas*, sc. ubi *praevalet M-systema* atque ubi *S-systema* aut
 264 infirmatur (sc. ubi *S-systema* tantum usurpat ad membrorum *sententiarumve* fines
 265 circumscribendos, etc.) aut omnino irritum factum est (sc. ubi tantummodo ad *CSF*
 266 modulandum sufficit). Vide (11) infra.

(10) Configurationalis Structura (“CS”):

267 Genus *Structurae Locutionalis, fastigio abstracto* quod est *Locutionalis Structura* subiectum, quo secun-
 268 dum hunc tractatum et alios (vide quoque Berard 1993 et 1995 et Hale 1989:294) *Potentiae*
 269 *Grammaticae* unice per ordinem *lexematum* in *serie* attribuuntur. “+CS” nota circumiecta indicat
 270 in quibus *structuraliter ligetur*.

(11) Conspectus Sententialis Functionalis (“CSF”):

271 *Informatio* quae *dico* quopiam continetur praeter huius *dicti* meram potestatem veridicam. Verbi
 272 gratia, in sententia *Marcus caseum emit*, Locutiones Nominales *Marcus* et *caseum* non idem semper
 273 communicant nec idem valent si, verbi gratia, haec sententia ut responsum ad diversa inter-
 274 rogata usurpat. Post interrogatum *Quid Marcus emit?*, *caseum* est “*rhemma*” (vel “*focus*”) quod
 275 novam *informationem* suppeditat, *Marcus* est “*thema*” (vel “*topicum*”) propterea quod nihil novi
 276 afferit. Post interrogatum *Quis caseum emit?*, *Marcus* est *rhemma*, *caseum* *thema*. Quae appellations,
 277 ad Scholam Pragensem pertinentes, ad *modulos informationales* ita discernendos interque se

disponendos referunt ut constituatur *dicti* cuiuspiam summa semanticopragmatica, veritatis conditionibus absoluta (sc. “*non-truth-conditional*”). Sub +RS ordo *serialis* elementorum Conspectu Sententiali Functionali continetur. (Anglice: *Functional Sentence Perspective* sive *FSP*)

(12) **Phonetica Forma (“PF”):**

Appellatio a *Theoria Gubernationis Annexionisque* usurpata partis phonologicae cuiuslibet systematis grammatici *exitum integrum* indicans. *Fastigium grammaticum* in quo *exitus* (2. generis) generatur, in quo scilicet *dictum* quodpiam in formam phoneticam redigitur. Hic accommodantur vocis accentus necnon ordinis *serialis* commutationes *functionales* post-Syntacticas (sc. status -CS propriae).

(13) **Relationalis Structura (“RS”):**

(1) Terminus primitus ad Grammaticam Relationalem (sive “Dependentialem” sive “Valentialem”) spectans quae syntaxis fundamentum esse ponit conexus *abstractos* sive notionales inter *categorias* syntacticas hisque conexibus in *grammaticae fastigio* posteriore *lexematum* ordinem *serialem* subvenire. (2) Hoc in studio: Genus *Structurae Locutionalis, fastigio abstracto* quod est *Lexicalis Structura* (quod vide) subiectum, in quo secundum hunc tractatum et alios (ibid.) *Potentiae Grammaticae* unice per *M-ligamina* attribuuntur. “+RS” nota circumiecta indicat in quibus morphologice *ligetur*, sc. in quibus *categoriae lexicales* morphologice *ligentur* ($m_{(c\Phi)}$).

Vt quidem in Berard (1993:134ff) demonstratum est, Ostafin (1986) summarium regularum ordinationis *serialis* linguae Latinae propriarum suppeditat perutile, attamen talium regularum ipsam praesentiam credit ille scriptor Latinam linguam esse “*configurationalem*” (sive *structuraliter ligantem*) sicut Anglicam indicare. Sed modus *analyticus* ab eo usurpatus quo per complures *transformationes migrationales syntaxi nucleari* inaedificatas magnam libertatem ordinativam in Δ -*fastigio* Latino exstantem, quae quoque in *hyperbato* in *fastigiis* inferioribus saepissime comparet (e.g., valde commune Latinum istud $[v_{(i)} [p_{ii} [n_{iii} [A^f]]]]()$... $[X]...([v_i] [p_{ii} [p P] [n_{iii} [N^f]]])()$] velut “altas volat illa per auras”), *parametrorum* seriem requirit qua multigenarum *transformationum* in variis linguis apparentium ratio astute reddatur³ neandum quaestionem maximam ad *ligationem* attinentem recta aggreditur, scilicet *Functionis Fundamentalis* ipsa necessaria minima.

Antehac linguistae *generativi* qui in linguis ample inflectionalibus sicut Latina ac Palaeograeca aliisque similibus *transformationes migrationales* (scilicet *semitas migrationales* sive licitas sive praestantes) dinoscere poterant has idem valere ponebant quod in *S-systematibus*. Luxuries autem prolixissima *transformationum migrationalium* atque *LN-vestigiorum* ex his orientium quibus est opus, praesertim in *oratione peculiari*, ad *categoriarum structuralium* *semitas* his in linguis pervestigandas instrumenta *analytica S-systematibus* fundata fide privare solet quoad haec ad *M-systemata* describenda adhibentur. Si *M-systemata* ita designare volumus ut quam maxime elucidentur nec ob compagem theoreticam enormem quasdam linguas, sicut Anglicam, praeponentem obumbrentur, necesse est Occami novacula supervacuae *transformationes exsecentur*—quippe non ut omnes abiciantur prorsus, quin potius ut tales *transmotiones*, siquidem demonstrari potest eas potius *functionaliter* fungi quam ipsas *Potentias Grammaticas exsolvare*, ex *syntaxi nucleari* in *partem CSF* relegentur. Cuiusque *Potentiae Grammaticae exsolutionem* singillatim probantes nec inique ad quarundam linguarum positiones *parametricas* inclinati comperimus in linguis sicut Latina, Palaeograeca, Theodisca (vide Abraham 1986 et Haider 1989) “*M/S-systemata*” mixta et *suppletiva* in quibus omnino fieri potest ut praestent *M-ligamina* saltem intra singula membra. In machina theoretica hic adhibita omnia de re syntactica dicta quaestioni subiciuntur *modalitatis ligativa*, Φ nota repraesentatae. Φ est summa omnium *systematum ligatorum* possibilium. Syntaxis criterio quod est Φ fundata orationem haudquaquam “dichotomiza”, sicut adfirmat Ostafin (1986: 22), quin potius *syntaxin nuclearem* ad unicum redigit principium *parametricum*, quod est (14). Omnis oratio

326 est saltem partim *configurationalis*, scilicet saltem singula membra definiendi causa *S-systema* usurpetur
 327 necesse est. Anglica lingua omnino *configurationalis* esse videtur; Latina autem multo minus, id quod
 328 facile est demonstratu. Sunt proporro linguae, sicut Kham (vide Watters 2001), quarum *Locutio*
 329 *Verbalis* ne quidem asymmetrica sit, scilicet in quibus verbum temporale et cum subiecto et cum
 330 obiecto simul morphologice concordet, quamquam subiecti obiectique asymmetria, quae prima in
 331 linguis Europaeis per methodum *generativam* descriptis percepta est, primum fundamentum constituit
 332 interpretationis *structuralis* linguarum. Quae cum ita sint, syntaxis *criterio* quod est Φ fundata iubet
 333 *ligationis* cuiuscumque naturam esse singulatim constituendam nec *ligationem structuralem* per se
 334 morphologicae antecedere praesumit. Sub -RS tales denotaciones quales V'', V', V sunt vacuae quod
 335 ad *modalitatem structuralem* designandam attinet, quamvis sane utiles esse possint si ad pittacia *relationalia*
 336 a *modalitate structurali abstracta* usurpentur sicut in definitione verbi quod est *nodus* (b) in indice
 337 vocabulorum data. Qualia quidem pittacia permittunt ut *Locutionis Structurae partes RS et CS in fastigio*
 338 quod est *LS* proxime *inter se committantur*, dummodo status *ligativus* conspicue subnotetur. (Vide
 339 quoque modum repraesentationis compositum in Berard 1992: 144ff explicatum.)

340 (14) $F \Leftrightarrow \forall x \exists \frac{f(x)}{\Phi(\neg s / \neg p) \leftrightarrow (\neg s / \neg m / \neg p)}$

341 Operae pretium est commemorare quapiam in lingua ipsam morphologiae praesentiam haud
 342 necessario *M-systema* operari indicare; fieri enim solet ut post statum *criteriale* ad *Potentias Grammaticas exsolvendas* amissum morphologia complura saecula adhuc *vestigialis* restet. Namque Zaenen et al.
 343 (1985) monent linguam Neoanglica, quae morphologiae ex saeculo decimo tertio exceptae longe
 344 maximam partem conservat, situm tamen *seriale* multo plus valere quam casum morphologicum,
 345 immo vero *structuralem* esse *Locutionem Verbalem* Neoanglicam demonstrant. In lingua quidem
 346 Neoanglica pronominum morphologia numquam *criterialis* est ad *Potentias Grammaticas exsolvendas*.
 347 Figura accusativa quae est *me more* "pidgin," qui dicitur, et pro [I] *positione* et pro [my] ita usurpari potest
 348 ut locutor indigena *Potentiae Grammaticae* interpretationem immutare haud necesse habeat, nam *ligantur*
 349 *Potentiae Grammaticae* structuraliter, e.g.: *Me go to the store now* et *That's me car*.⁴
 350

- 351 (15) a. Status *Ligativi Tres*:
- 352 i. *Criterialis* ("1. Status"):
 353 *Ligamen* et necessarium est et sufficit ad *Potentiam Grammaticam exsolvendam*. (Sc. per
 354 solum *ligamen categoria* de qua agitur *Potentiam Grammaticam* unicam accipit.)
- 355 ii. *Restrictivus* ("2. Status"):
 356 *Ligamen* necessarium est sed non sufficit ad *Potentiam Grammaticam exsolvendam*. (Sc.
 357 *ligamen* numerum *Potentiarum Grammaticarum categoriae* cuiuspam contrahit ad *subclassem*
 358 omnium *Potentiarum Grammaticarum* quas haec *categoria intra seriem* in qua invenitur accipere
 359 potest.)
- 360 iii. *Non Restrictivus* ("3. Status"):
 361 *Ligamen* nec necessarium est nec sufficit ad *Potentiam Grammaticam exsolvendam*. (Sc. *ligamen*
 362 quamlibet *Potentiam Grammaticam* admittit ex *classe* omnium *Potentiarum Grammaticarum* quas
 363 *categoria* de qua agitur accipere possit.)
- 364 b. Dispositio Trium Statuum *Ligativorum* intra *Ligaminum* Tria Genera:
- 365 i. *S-ligamina omnibus in linguis cunctos tres status assumere possunt*. *S-ligamen* 3. statum
 366 tantum assumit si, id quod in lingua Latina saepe fit, *lexema* de qua agitur quemlibet

situm per totam *seriem sententialem* ita occupare potest ut huius *Potentia Grammatica*
 nullatenus impediatur *sententiaque bene formata* maneat. Si quae intra *seriem sententialem*
lexematum permutatio hanc *Potentiam Grammaticam* prohibeat, *S-systema* saltem hoc in loco
restrictivum est (scilicet 2. statum habet).

ii. *M-ligamina in linguis morphologice ligantibus et 1. et 2. statum assumere possunt, in ceteris linguis tantummodo 3. statum habent.* In omnibus quidem linguis reperiuntur et *S-ligatio* et *P-ligatio*, at tantum in quibusdam *ligatur* etiam morphologice. In linguis re morphologice *ligantibus M-ligamen* quodpiam, praesertim in idiomatibus, 3. statum interdum assumere videtur. Verbi gratia, in locutionibus sicut *pedites duo milia caesi sunt* non liquet ex morphologia ipse conexus grammaticus inter *Locutiones Nominales* quae sunt [_N *pedites*] et [_{N'} *duo* [_N *milia*]]. Scilicet lateste constructio (a) [_{N'1} [_{N1} *pedites^{nom}*] [_{P'} [_P *ad**]] [_{N''2} *duo^{acc}* [_{N2} *milia^{acc}*]]]] an (b) [_{N'1} [_{N2} *pedites^{nom(<gen)}*]]] [_{N''1} *duo* [_{N'1} δ_i [_{N1} *milia*]]]] (ubi ... ^{nom(<gen)} attractionem indicat)? At, quamquam sunt hoc loco *M-signa* aliquatenus ambigua, cuncta tamen sine discrimine pro his binis substituere haud licuerit (sicut **peditis duo milia caesi sunt* aut **pedites duobus milibus caesi sunt*). Quapropter, fungente *M-systemate*, *M-ligamen* quodpiam saltem necessarium est, etsi forsitan non sufficiat, ad *Potentiam Grammaticam exsolvendam*.

iii. *Fieri potest ut P-systema quodpiam aut 1. statum aut 2. habeat, non autem 3.* quippe quia, *M-signis* et *S-signis* dissimilia, numquam fieri potest ut *P-signa* omnino cessent. Etiam extra contextum pristinum necesse est dictum quodque aut audiat aut legat aliquis affectione *pragmatica* aliqua praeditus, hoc est, *proprietatibus pragmaticis* qualibuscumque imbutus. Semper *P-signa* sunt per se aliquatenus *restrictiva* quia π quocumque semper *subclassis (restrictiva)* est illius *classis* quae est Π.

iv. *Fieri potest ut in unico lexemate bina ligamina alienigena eundem statum ligativum assumant*, at *P-ligamen* 1. statum cum altero *ligamine* communicare numquam valet propterea quod *P-systemata*, aliter quam *M-systemata* et *S-systemata*, extra ipsos sermonis mechanismos versantur. Vt “praeterlinguistica,” scilicet iuxta sermonem vel etiam omnino sine sermone se explicantia, *P-systemata* solummodo cessantibus ceteris systematibus *criterialia* esse possunt ad *Potentias Grammaticas exsolvendas*. Quandocumque *P-systemata ligant* necesse est ex tempore *ligent*. Nullo modo tam ordinata esse possunt quam systemata proprie linguistica intra linguam quamque *universe* vigentia; nam *contextus discursivi*, ex quibus π quocumque semper pendet, per se variis sunt et mutabiles.

v. *In conformationibus verborum generis ἀπὸ κοινοῦ contextus grammaticus et discursivis “ligationem arbitriariam” eo imponit quod nullum ex ligaminibus existantibus prorsus criteriale est (sc. nullum ligamen 1. statum assumit).* Vbicunque arbitrarie *ligatur*, hoc est, ubicunque sub unico π *Potentia Grammatica* quaepiam ad arbitrium aut X *indicaturam* aut Y assumere potest, *ligatio* est “secundarie *pragmatica*.” (Vide disputationem infra positam.)

- (16) a. Ich gebe es meinem Bruder
- b. → [*Ich^{nom}*] *gebe^{1.sg.pres.act.indic}* [*es^{acc}*] [*meinem Bruder^{dat}*]
 $m_{(=\Phi)}$ $m_{(=\Phi)}$ $m_{(=\Phi)}$
- c. → (Latine) “Id fratri (meo) do”
- d. → [*Id^{acc}*] [*fratri (meo)^{dat}*] [*δpro^f^{nom}* *do^f*]
 $m_{(=\Phi)}$ $m_{(=\Phi)}$ $m_{(=\Phi)}$

- 412 e. i. $[_V' [_N \text{ PRON}]_\theta + [_N N]_\theta] > [_V' [_N \text{ PRON}]_\theta ^\wedge [_N N]_\theta]$
 ii. $> \dots [\text{es}^{\text{acc}}]^\wedge [\text{meinem Bruder}]^{\text{dat}}$

413 f. i. $\int^{(\Lambda \times n+1)} > [s \# \Lambda_1 ^\wedge V \dots]$
 ii. $\Lambda_1 = [_V' N]/[\Lambda(\# [_V' N])]$
 iii. $\int > [s [_V' N] ^\wedge V ^\wedge \dots] / [s \Lambda_2 (\# [_V' N]) ^\wedge V ^\wedge [_V' N] \dots]$

Quod ad explicationes (15b.i) et (15b.ii) attinet, *S-systematis* et *M-systematis* inter se anguste implicatorum satis perspicua exempla suppeditat lingua Theodisca. In exemplo (16a) est criteriale *M-systema*, nam duo ex tribus *argumentis*, sc. [_N ich] et [_N meinem Bruder], morphemata ferunt (*[ich]* et *[-em]*) ambiguitatem ita prorsus amoventia ut non solum sua *exsolvantur θ-munera* sed etiam, propter figuram non ambiguam quae est *[ich]*, eius *Locutionis Nominalis* quae est *[es]* ac quae morphema fert inter nominativum et accusativum ambiguum, cessantibus optionibus, *exsolvatur θ-munus*. Hoc autem loco est *S-systema* tantummodo *restrictivum* quia cuncta haec tria *argumenta* duobus subiecta sunt regulis generalibus quae tantummodo numerum locorum in *serie* circumscribunt quos singulis *lexematisbus* occupare liceat. Prima regula, in (16e) expressa, postulat ut *argumenta interna* pronominalia *argumentis internis* nominalibus proxime antecedant neglecta omnino *Potentiarum Grammaticarum* designatione exacta. Altera regula, ad (16f) expressa, postulat ut in *sententia* declarativa principali (ſ) unum *argumentum*, quod licet esse aut *argumentum internum* aut alterum *argumentum* aut *adiunctum* (sc. 16f.ii), verbo temporali proxime antecedat (sc. 16f.i) atque, si *argumentum internum* verbo temporali non antecedat, primum post verbum temporale situm occupet (sc. 16f.iii). Scilicet *S-systema* Theodiscum modo *restrictivo* “loculos” (sive “pockets”) *sententiae* elementis principalibus statuit, quae tamen circumscriptiones per se efficere nequeunt ut *exsolvatur θ-munus* quodquam. Itaque descriptio *ligativa argumentorum internorum* huius *sententiae* potest redigi in formam hanc: **M¹;S²;P²**.

Eiusdem *sententiae* versio Latina, ad (16c), archetypo Theodisco valde similis est, quod hac quoque in *sententia* et tria *argumenta* et verbum temporale signa morphologica ita discretiva ferunt ut, quod ad θ -*exsolutionem* spectat, nulla prorsus sit ambiguitas amovenda. Hoc autem loco *S-systema* ne *restrictivum* quidem est; nam, quamvis exsistant *canones functionales* aliquot ordines *seriales* praepontentes, licitae tamen sunt omnes (24, sc. $4 \times 3 \times 2$) huius *seriei* permutationes, aliae in prorsa oratione aliae tantum in poesi. Qua de causa descriptio *ligativa argumentorum inter-norum* atque demum totius huius *sententiae* Latinae potest redigi in formam hanc: M¹:S³:P².

- (17) a. Ich gebe meinem Bruder ein Buch

b. → [Ich^{nom}] gebe^{1.sg.pres.act.indic} [Clemens]^{dat} [ein Buch]^{acc}
 $m_{(\subset\Phi)}$ $s_{(\subset\Phi)}$ $s_{(\subset\Phi)}$

c. [v' [_N N]₀ + [_N N]₀] > [v' [_N N]^{dat} ^ [_N N]^{acc}]

d. → (Latine) "Clementi librum do"

e. → [Clementi]^{dat} [librum]^{acc} [δprn^f]^{nom} [do^f]^{1.sg.pres.act.indic}
 $m_{(\subset\Phi)}$ $m_{(\subset\Phi)}$ $m_{(\subset\Phi)}$

In *sententia* porro Theodisca titulo (17a) apposita, quamquam *argumentum externum*, [_N ich], sicut in (16a) per *M-Systema ligatur*, cessat *M-systema* Theodiscum in *argumentis internis*; nam ambo morphematisbus *discretivis* carent. Ideo hoc loco *S-systema* Theodiscum ad gradum *criterialem* promovetur, scilicet propter regulam ad (17c) expressam quae postulat ut, binis exstantibus *argumentis internis nominalibus*, *argumentum indirectum*, sive dativo *Casu persignatum*, directo, sive *argumento accusativo Casu persignato*, antecedat. Quapropter *exsolvuntur* haec θ -*munera structuraliter*.

455 Indubie dixerit aliquis hominem hanc *sententiam* audientem legentemve *pragmaticae* colligere
456 posse *Locutionem Nominalem* ex nomine personali constantem “necessario” potius librum
457 recipere quam a libro recipi; at regula *structuralis* atque *criterialis*, ut in lingua Theodisca universe
458 vigens, quod supra dictum est (in 15b.iv.), in theoria superior est elemento *pragmatico*
459 quocumque. Postremo animadvertisendum est *M-systema* in his *argumentis internis ligandis* saltem
460 *restrictive* fungi; nam aliae *positiones morphologicae*, velut [eines Buch(e)s]^{gen.sg} vel [der
461 Bücher]^{gen.pl}, \emptyset -*exsolutionem* impedian. Quapropter descriptio *ligativa argumentorum internorum* potest
462 redigi in formam hanc: **M²:S¹:P²**.

463 Lingua Latina classica, quae dicitur, quippe cuius *M-systema* et *S-systema* haud tam aequaliter
464 inter se valent quam in lingua Theodisca, talia exempla rarius suppeditat. *M-systematis* Latini
465 magna potentia multo saepius proprietates *structurales* suas ad merum statum redigit *functio-*
466 *nalem*.

- 467
- 468 (18) a. *inhiat aurum ut devoret* (*Aulularia* 194)
469 b. → ?[_{S₁} *inhiat aurum*; _{S₂} *ut* \emptyset ; *devoret*]]
470 c. → ?[_{S₁} *inhiat* [_{S₂} *aurum* *ut devoret*]]]

471 'Απὸ κοινοῦ (vide 15b.v) denominantur conformatio[n]es verborum in quibus singulis
472 lexematis binas *Potentias Grammaticas* ita exercere liceat ut non violetur π quodque. Huiuscmodi
473 ambiguitas aut ex industria exstiterit aut ex quadam ipsius linguae *lacuna ambigua* quam loquens
474 scribensve eo neglegere decernit aut quod ambae interpretationes alternae unico sub π eundem sive
475 eundem fere eventum *pragmaticum* dant aut quod loquens scribensve consulto simul bina, forsitan et
476 inter se satis differentia, edicere vult. Cuius rei exemplum *minimum* continens par praebet *sententia* ad
477 (18a) data; nam *Locutio illa Nominalis* quae est [aurum], utpote medio loco inter duas *sententias* posita
478 quarum altera alteri *inserta* est, duas simul interpretationes admittit. Scilicet Megadorus aut “aurum
479 *inhiat*” quo gestu et idem aurum iam devorare parat (ut in 18b) aut tantummodo “*inhiat*” quo quidem
480 gestu aurum devorare parat (ut in 18c). Nec *M-systema* nec *S-systema* cogit [aurum] esse *argumentum*
481 *internum* verbi temporalis quod est *inhiat*; neque horum utrum cogit, verbo *inhiat* intransitive
482 interpretato, ut sit [aurum] *argumentum internum* verbi quod est *devoret*. Neque vero ipsum *P-systema*
483 discrimen *criteriale* quicquam affert, nam manifesto utriusque versionis *exitus semanticus* fere idem
484 est. *Analysis syntactica* lectoris (sive, primitus, audientis) arbitrio permittitur—qui quidem lector
485 auditorve ipse profecto etiam *contextus discursivi* partem efficit. *Ligatio* arbitraria est igitur *pragmatica*,
486 immo vero “secundarie *pragmatica*” quia, saltem secundum theoriam, tantum post “circum-
487 *heuristicum*” unum ancipi eventu factum, cessantibus aliis *criteriis*, attribuitur *Potentia Grammatica* ex
488 arbitrio. Scilicet sequenti in circuitu heuristico, expansa area indagatoria (i.e., ad π₂), audienti
489 legentive datur optio utrum modum interpretandi (a) “aut X aut Y” an modum (b) “et X et Y”
490 accipiat. Etenim hic interpretandi modus ambiguus, sc. (b), in scripturis artificiosis poeticisque valde
491 in rem esse solet propterea quod efficere potest ut unico verbo duplex obtingat potentia.

492 Auctor sum ut verborum conformatio[n]ibus quae ἀπὸ κοινοῦ denominantur titulus assignetur
493 *P⁽¹⁾* (sc. nota “1” interclusa) quo *P-ligatio* primaria (*P¹*) a secundaria arbitrariaque decernatur. Itaque
494 descriptio *ligativa* eius *argumenti interni* quod est [aurum] potest redigi in formam **M²:S²:P⁽¹⁾**, nam
495 in *serie alterna* quae est “[aurum *inhiat* *ut devoret*]” [aurum] *Locutio aperte intra sententiam* principalem
496 ponatur, id quod postulet ut *argumentum* verbi temporalis quod est [devoret] sit *lacuna* (→ [aurum; *inhiat*
497 *[ut* \emptyset ; *devoret*]]). Quo sub casu, dimissa ambiguitate, *Potentia Grammatica structuraliter ligetur* atque sit
498 descriptio *ligativa* **M²:S¹:P²**.

499 Infra commendantur ad lectoris studium alia tria exempla rationem qua status *ligatus* constitui
500 possit demonstrantia.

501 (19) **M¹:S²:P²:**

“... meum laqueo collum quando obstrinxero” (*Aulularia*, 78)

$\rightarrow \dots [s_2 [s_2 [v''_2 \delta pro^f [v'_2 [N'_2 \underline{meum}^{ff}]^{(acc)} [NP_1 laqueo]^{(abl)} [N'_2 [N_2 collum^{ff}]^{(acc)}]]]]]$

$$\frac{m_{(c\varphi)}}{1-f_{\rm HI}} \quad \frac{m_{(c\varphi)}}{1-f_{\rm HI}}$$

quando [s₂ [v₂ obstrinxero']]])

506 M¹: Sunt duarum *Locutionum Nominalium capita* quae adiectivum quod in *Ls* est [meum] completere
507 possit: [laqueo] et [collum], at signum morphologicum quod est
508 [-um] cogit analysin [_N meum ... collum].

S²: Propter *hyperbaton* (sc. *electionem* arbitriariam *Locutionis Adiectivalis* quae est [_A meum] e *Locutione Nominali* [_{N'} collum] cuius est *complementum*) *interpretatio* quae est [_{N'} meum (...) [_N collum]] alteri analysi possibili, sc. * [_{N'} meum [laqueo]], in *CS* non anteponitur. Accedit quod, saltem in carmine, [meum] *lexema* quemcumque in alium locum huius *sententiae insertae* ita transferri licet ut in *CS* aut [laqueo] aut [collum] pariter *completere* possit. Verum *S*-*systema* est tamen *restrictivum* cum haec *sententia matrici* multiugae *inserta* sit in quam non fieri potest ut [meum] adiectivum *eiiciatur*, sc.: neque quicquam melius mihi,/ ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram/ longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.

P²: *Contextu discursivo opus est ad aut*

(i.) [_{N'} meum (...) [_N collum]]

aut

(ii.) *_[N'] meum [laqueo]]

seligendum; attamen, ante rationem de M-systemate habitam, contextus ipse discursivus non necessario utram analysis cogit; namque (ii) interpretationi favent res duae haec.

(a) In lingua Latina id quod a *sententiae* subiecto (sive *argumento externo*) manifesto possidetur sive manifesto huius proprium est (necnon et interdum id quod a quolibet eiusdem *sententiae argumento* aperte possidetur⁶) nullo adiectivo possessivo *canonice* qualificari solet nisi impressionis gratia. Qua de causa nullo adiectivo possessivo opus est ad [collum] determinandum.

(b) Fieri prorsus potest ut Megadorus proprium se habere laqueum affirmet, quamvis hoc dicere non necesse sit nec forsan, quod certe ad optimum genus scribendi attinet, valde dignum dictu. Quapropter *P-systema*, cuius sunt sane et pracepta stilistica scriptoris arbitrium temperantia, hoc loco cum plurimum *restrictive* fungi potest. Primae enim interpretationi favens, neutram tamen admodum cogere valet.

(20) M²:S¹:P²:

"cultrum, securim, pistillum, mortarium,

quae utenda uasa semper uicini rogant.

fures uenisse atque abstulisse dicit." (*Aulularia*, 95-97)

→ [s₁ [v'₁ δpro^f] s₂ [v'₁ [(s₃) [v'₃] N culturum (etc.)_{s₃-P}^{acc}]]] s₂ [v'₂ [N fures_{s₂-P}^{acc}]]]

[v₂ [v₂ uenisse]]] atque [s₃ [l[”]₃ [v^m₃ [N Ø_{ii}] [v₃ [N δ_i] [v₃ abstulisse]]]]] [v₁ dicito^f]]]]]

540 **M²:** Quandoquidem et [cultrum, etc.] et [fures] *Locutiones Nominales accusativo casu sunt*
541 *persignatae ex ipsa morphologia non liquet utra (sub CPE sive "ACI") externum sit atque utra sit*
542 *internum infinitivorum qui sunt [venisse] et [abstulisse] argumentum.*

543 **S¹:** Tale hyperbaton quale *fures cultrum venisse atque abstulisse dico ($\rightarrow *[\text{S}_1 \text{ pro}^f [\text{S}_2 [\text{v}'_2 \text{ fures}_i [\text{S}_3$
544 *cultrum]_{ii} ... [v venisse]] atque [S₃ [v'_3 Ø_i [v' t_{ii} [v abstulisse]] dico] f]) prohibit Subiacentiae*
545 *Condicio.⁷ Licet autem lexema quod est [cultrum] ex S₃ sententia ad peripheriam sententiae quae*
546 *est S₂, sc. ad S''₂, topicalizetur quia elementum topicalizatum tantummodo singulam transcendent*
547 *obstructionem, [S'_3 + I''_3], non tamen binas, sc. non [[S'_3 + I''_3] + [S'_2 + I''_2]]. Itaque [S₁ pro^f [S''₂ [S₃*
548 *cultrum] ... [S₂ fures_{ii} venisse]] atque [S₃ Ø_{ii} t_i abstulisse] dico] f] est structura licita. Quae quidem*
549 *structura est in lingua Latina usitissima. Cf. eam si iubes, frater, tibi me poscere ... (Aulularia, 160)*

550 *quo in membro elementum quod est [N eam] ex sententia inserta in matrix (sive membra superioris*
551 *quod hic est membrum condicionale) peripheriam topicalizatum est. Qui usus in (20) exemplo*
552 *sat utilis evadit quipe quia [cultrum] primum tantum elementum est longiore in serie rerum*
553 *enumeratarum quam sequitur et membrum relativum (v. 96) antequam ad reliquam sententiam*
554 *insertam ("fures ... abstulisse") necnon et ad matrix tandem perveniat; nimis enim soluta atque*
555 *debilis quod ad artem rhetoricam attinet—ne dicam insulsa—videretur versuum 95-96 insertio*
556 *in S₃ sententiam quae argumentum internum (sc. [N fures]) cum sententia S₂ communicat, sc.: fures*
557 *venisse atque cultrum, securim, pistillum, mortarium, quae utenda vasa semper vicini rogant, abstulisse dico.*

558 *Ambae versiones possibles in quibus reddatur [cultrum] in membrum proprium, sc. in S₃, fures*
559 *uenisse atque cultrum abstulisse dico et fures uenisse atque abstulisse cultrum dico (quarum haec non*
560 *cononica est in CSF, illa autem est) cogunt pariter interpretationem quae est [[N cultrum] \rightarrow [v'*
561 *<THEMA> abstulisse]]]⁸ propterea quod auferre verbum transitivum est at nullum argumentum*
562 *internum in tota sententia esset ei in promptu si [N cultrum] novum argumentum externum esset. Vt*
563 *[cultrum] argumentum externum sit, oporteret contextum discursivum argumentum internum suppeditare,*
564 *id quod hoc loco non facit. Ergo, P-systemate momentum non habente (quod nullam praebet*
565 *alternatam optionem), licet Potentia Grammatica, quae hic θ-minus est, structuraliter exsolvi. N.B.:*

566 *Inter bina membra facto hyperbato dissimile, inter binas Locutiones non sententiales factum hyperbaton*
567 *Latinum, imprimis ubi in poesia invenitur, paene omnino liberum est, scilicet intra finitorum*
568 *M-systematis atque P-systematis coercitiones. Verbi gratia, in sententia quae est facinus audax incipit qui cum*
569 *opulento pauper homine coepit rem habere aut negotium (Aulularia, 460-461) [A pauper] elementum, quod*
570 *M-ligatur atque Locutionem Nominalem relativam quae est [qui] complet, medium in Locutionem Prae-*
571 *positionalem eicitur [cum opulento ... homine], qua ex collocatione exsistit schema rhetoricum*
572 *(etiam "hyperbaton" denominatum) ob dissonantiam admodum efficax.*

573 **P²:** Vt hae Potentiae Grammaticae, cessante P-systemate criteriali, per S-systema cogantur universe, ita
574 solummodo subclassis (π) illius classis quae est Π exigit fures cultra, non cultra fures, auferre.

575 (21) **M²:S²:P¹:**

576 “... quae in occipitio quoque habet oculos pessima!” (Aulularia, 64)

577 $\rightarrow \dots [\text{S}_2 [\text{v}'_2 [\text{N}_1 \text{ quae}_i^f]^{(\text{nom.f.sg})} [\text{v}'_2 [\text{p in occipitio}] [\text{ADV quoque}] [\text{habet}^f] [\text{N}_2 \text{ oculos}]$
578 $[\text{N}'_1 [\text{AP } \underline{\text{pessima}}_i^f]^{(\text{nom.f.sg})}]]]]$
579 $\hat{P}_{(\epsilon \Phi)}$

580 → (Anglice) “... which very wicked woman also has eyes in the back of her head!”

581 **M²:** Quomodocumque hic locus ab redactoribus modernis interpungatur, fieri certe potest ut
582 elementum quod est [_A *pessima*] tamen non cum [_N *quae*] elemento *coindicetur* sed potius seiuncta
583 sit appellatio directa, *quae* quidem aptius interpungatur modo hoc: “... *quae* in occipitio quoque
584 habet oculos, *pessima*?“ Interpretationem *quae* est [_N *quae*; ... *pessima*] non cogit morphologia,
585 quamquam [-a] *signum* morphologicum optiones circumcircumscribit, interpretationes, verbi gratia,
586 excipiens secundum *quas* [*pessima*] aut in *Locutionem Nominalem* [_{N'} × [*oculos*]] aut in [_{N'} ×
587 [occipitio]] referatur.

588 **S²:** Ex solo elementorum ordine *seriali* quem *Locutionem Nominalem* compleat [_A *pessima*] sciri non
589 potest. Ordo *serialis* interpretationi favet *quae* est *[_{N'} [*oculos*] *pessima*], *quae* quidem resolutio
590 sit *structuraliter canonica*.

591 **P¹:** Electio inter interpretationes alternas *quae* sunt [_{N'} [*quae*] ... *pessima*] et [[_{S₁} *quae...*] [_{S₂} *pes-*
592 *sima*]] cogitur in *PF*, scilicet per ipsam histrionis lectoris dictionem sive per tacite sibi legentis
593 “dictionem internam.” Quod ad *ligationem* attinet, *modalitates* meta-syntacticae in *PF* positae ut
594 *correlata ethologica* π *categoriae* describuntur.

Adnotationes

1. Sive “surrealistica” (Francogallice: *surréaliste*)
2. Sive “vocabulorum generum,” *quae* nunc dicuntur, e.g.: N, V, ADV, ADI, P, etc.
3. Ostafin 1986: 22
4. *Locutionis Nominalis* status non *restrictivus* efficit ut, inter alia, morphologiae correctae atque “supercorrectae” (sc. “*hypercorrect*”), utpote idem significantes, passim in Anglo sermone incident: sc. *They gave Bob and me a cake* = *They gave Bob and I a cake*.
5. Mountford 1967: 292 (536c)
6. Ibid.: 26 (11c)
7. Condicio Subiacentiae / *Subjacency Condition*: “Movement must not cross more than one barrier.” (Haegeman 1991:511) “A is a barrier for B iff (a) or (b): (a) A is a maximal projection and A immediately dominates C, C is a Blocking Category (‘BC’) for.” (b) “A is a BC for B, A is not IP.” (Cf. Chomsky 1986:14.) “C is a BC for B iff C is not L-marked and C dominates B.” (Chomsky 1986:14, def. 25) “A L-marks B iff A is a lexical category that theta-governs B.” (Chomsky 1986:15) “A head theta-governs x iff it both governs and theta-marks x.”
8. <THEMA>, *qua munus thematicum* (non *qua usus functionalis*), est “homo qui movetur aut res *qua* movetur actione per *praedicatum expressa*.” *aufserre* verbum intra *contrarium hypocategorizationale* suum *Locutionem Nominalem* ad hoc munus thematicum aptam in *situm argumenti externi proiicit* casuque *persignat* accusativo.
9. Ita vertit hunc versum Nixon (1992): “She has eyes in the very back of her head, the hellcat!”

Opera Proferta

Bache, Christopher M. *Das Buch von der Wiedergeburt*. Zürich: Scherz, 1990.

Berard, Stephen A. “Biblical Gothic and the configurationality parameter.” *American Journal of Germanic Linguistics and Literatures* 5.2 (1993): 111-162.

_____. “Infinitival subject sentences in Gothic.” *Insights in Germanic Linguistics I: Methodology in Transition*. Eds. Irmengard Rauch and Gerald F Carr. Berlin:

- Mouton de Gruyter, 1995: 5-46.
- Chomsky, Noam. Aspects of the Theory of Syntax. Cambridge, Mass.: MIT Press, 1965.
- _____. Barriers. Cambridge, Mass.: MIT Press, 1986.
- Cresswell, M. J. Semantic Indexicality. Dordrecht: Kluwer Academic Publishers, 1996.
- Crystal, David. A Dictionary of Linguistics and Phonetics. 3rd ed. Oxford, England & Cambridge, Mass.: Blackwell, 1991.
- Haegeman, Liliane. Introduction to Government and Binding Theory. Oxford, England and Cambridge, Mass.: Basil Blackwell, 1991.
- Hale, Ken. "On nonconfigurational structures." Configurationality: The typology of asymmetries. Eds. László Marácz and Pieter Muyken. Dordrecht: Foris Publications, 1989. 293-300.
- Katz, Jerrold J. and Jerry A. Fodor. "The structure of semantic theory." Language 39 (1963): 170-210.
- McCawley, James D. "The role of semantics in a grammar." Universals in Linguistic Theory. Eds. Emmon Bach and Robert T. Harms. New York: Holt, Rinehart and Winston, Inc., 1968. 125-170.
- Mountford, Sir James. "Bradley's Arnold" Latin Prose Composition. New York: David McKay Co. Inc., 1967.
- Müller, Heinz. Flimmerndes. München: Steuber, 1916.
- Nixon, Paul. Vide "Plautus, Titus Maccius."
- Ostafin, David Mark. "Studies in Latin word order: A transformational approach." Diss. University of Connecticut, 1986.
- Plautus, Titus Maccius. Amphitryon, The Comedy of Asses, The Pot of Gold, The Two Bacchises, The Captives: with an English Translation by Paul Nixon. Ed. G. P. Goold. Cambridge, Mass.: Harvard University Press, 1992.
- Schreiber, Herman. Auf den Spuren der Goten. Augsburg: Weltbild Verlag, 1993.
- Watters, David. A Typological Grammar of Kham. Cambridge Grammatical Description Series. Eds. R.M.W. Dixon and Keren Rice. Cambridge: Cambridge University Press, forthcoming 2001.
- Webelhuth, Gert (ed.). Government and Binding Theory and the Minimalist Program. Oxford, England & Cambridge, Mass.: Blackwell, 1995.
- Zaenen, A., J. Maling and H. Thrainsson. "Case and grammatical functions: The Icelandic passive." Natural language and linguistic theory. 3 (1985): 441-483.

Aliquot Vocabula Glottologica et Logica et Philosophica: Berard, 2001

(Fontes praecipui: Berard 1993, Crystal 1991, Haegeman 1991, Webelhuth 1996)

A Adiectivum

abstractus/abstractio/abstrahere. (1) Magis ad cogitationes notionesve spectans quam ad structuras necessitatesque physicas sive obvias. (2) Hoc in studio: non proprius *Configurationalis Structurae*, sc. in *grammatica omnino ab ordine categoriarum seriali solutus*. *Casus Abstractus* ita denominatur quippe quia *fastigii* proprius est quod est *LS*. *Structurae quoque relationales* dicuntur esse “abstractae” quod, liberae sunt a *Configurationali Structura* (sc. ordine *lexematum seriali*).

ACI Vide “CPE.”

adiunctum/adiungi In *Grammatica Generativa* nuncupatur “adiunctum” quaelibet *Locutio* quae non sit *argumentum* quaeque aut *V'* *categoriae* (sicut *Locutiones Adverbiales* et *Locutiones Praepositionales* verbum temporale modo adverbiali qualificantes et quaedam *sententiae insertae*, e.g. membra adverbialia consecutiva) aut *V'' categoriae* (sicut membra subordinata totam *sententiam* qualificantia, e.g., membra finalia, causalia, adversativa) *structuraliter* adiunguntur. Temporibus antiquis dicebantur *argumenta interna* verbo temporali “adiungi”—quod tamen secundum *Grammaticam Generativam* propter discrimina magna inter *argumenta* et *elementa structuraliter* adiuncta proprie dici non iam licet.

algorismus Praeceptorum ordo quo problema mathematicum per numerum finitum rationum solvi possit. (Vocabulum Arabicum Medio Aevo in Latinitatem acceptum.)

analysis/analyticus/analyo Alicuius rei enodatio sive dissolutio ordinata in partes quae talis sit ut huius rei natura explicetur.

annexio Appellatio in *Grammatica Gubernationis Annexionisque* usurpata seriem condiciorum indicans quaequaedam *sententiae* elementa *formaliter* inter se coniungant (sive “annectent”). Annexio in duo genera dividitur quae sunt “A-annexio” et “A'-annexio” (sc. “A-apex-Annexio”). Illa valet si *categoria* (quae “anaphora” vocatur) cum *Locutione Nominali C-mandanti* in A-positione *coindicatur*. Valet haec si *categoria* (e.g., variabile sicut vestigium *Migrationis-WH*) cum *categoria C-mandanti* quae sit in A'-positione, h.e., quae non sit *argumentum externum* aut *internum* aut praepositionis obiectum. (Anglice: *binding*. Vide Webelhuth: 177ff.)

argumentum (sententiale) / argumentalis Elementum *locutionale* quod unum ex sitibus in cuiuspiam verbi temporalis *contrario hypocategorico* occupet atque θ -munere fungatur (quae translatie “subiectum,” “obiectum directum,” “obiectum indirectum,” etc. nuncupantur).

bene formatus Appellatio *generativa*. *Sententia* quaepiam tum bene formata esse dicitur cum sit per praescripta *grammaticae* cuiusvis *generativae* generata.

campus semanticus Compages et dispositio cunctarum significationum aut (a) unius *monadis lexicalis* aut (b) plurium *monadum lexicalium* per significationum affinitates semanticce coniunctarum. (Anglice: *semantic field*)

canonicus/canonicae/canon Normae congruens, ad normam accommodatus, usitatus. Quod ad syntaxin attinet: *ordinis serialis* usitati proprius, praesertim in *CSF* ubi *ordo serialis* plus minusve ad libitum mutare potest nec *criterialis* est ad *Potentias Grammaticas* exsolvendas.

caput/capitalis Vide “*proicere/proiectio/principium projectionale*” et “*ratio notaria apicalis* (etiam ‘X-apex’).”

Casus (Abstractus) *Categoria abstracta* in *Grammatica Generativa* locum theoreticum superiorem (sc. *LS*) in theoria occupans quam casus morphologicus (sive “casus” minute scriptum). Ut situm in *contrario hypocategorico* occupet, *Locutio Nominalis* necesse est habeat Casum Abstractum (sive “Casum”) qui aut morphologicus aut aliter attribui possit.

Casus Persignatio Extraordinaria (“CPE”) Appellatio panglotologica in *Grammatica Gubernationis Annexionisque* usurpata cuidam ex conformationibus syntacticis Latinis congruens quae generatim atque parum accurate “*accusativus cum infinitivo*” sive “*ACI*” nuncupantur. Vide “*elevatio obiecti*.” (Anglice: *exceptional case marking, ECM*)

categoría (1) Designatio *classis* cuiuspiam secundum proprietates. (2) Monas *structuralis* quaepiam sine respectu *classis*.

categoría vacua (CV) Monas *structuralis* quae phonetice “vacua” est. Scilicet, quamvis in syntaxi demonstrari possit exstare, CV quaepiam, utpote non in *Phonetica Forma* expressa, nec voce profertur nec igitur scribitur (nempe nisi a glottologis in *persignationibus locutionalibus*). (Anglice: *Empty Category, EC*)

classis (et subclassis) Collectus rerum aut elementorum quae generatim contribuuntur.

“Theoria classium” est pars mathematicae, atque nunc temporis et aliarum disciplinarum, quae relationes inter classes pertractat. (Anglice: *set et set theory*)

coercitio/coercere/coercens “Coercitio,” quod ad *Grammaticam Generativam* attinet, est condicio adhibitionem cuiuspiam praescripti ita definiens ut tantummodo *sententiae bene formatae* generentur. (Anglice: *constraint/constrain*)

coindicare Vide “*index (semanticus) / indicialis / coindicare / coindicatio.*”

coiunctio Interdum in binas pluresve *categorias* eiusdem generis, velut S₂ et S₃, vel N₁ et N₂, dominatur nodus unicus (velut S₀ vel N₀) cuius locus *structuralis* harum *categoriarum Potentias Grammaticas* constituit. Nodi hi inferiores dicuntur esse “coiuncti” (non “coniuncti,” quod invicem terminus tantummodo indicat binas *sententias* quoquo modo inter se coniunctione connexas).

Colum (Vide “*percolare*.”)

committere inter se Duas res multiplices ita directe inter se apponere ut et inter se agere possint. (Anglice: *interface*)

compages argumentativa Summa et dispositio omnium *argumentorum* quopiam in *contrario hypocategorico* apparentum. (Anglice: *argument structure*)

complementum/completere/complementarius Vide “*ratio notaria apicalis (etiam X-apex)*.”

Configurationalis Structura (“CS”) / configuratio / configurationalis / configurare Genus *Structurae Locutionalis, fastigio abstracto* quod est *Locutionalis Structura* subiectum, quo secundum hunc tractatum et alios (vide quoque Berard 1993 et 1995) *Potentiae Grammaticae* unice per ordinem *lexematum in serie* attribuuntur. “+CS” circumiecta indicat in quibus *structuraliter ligetur*.

Conspectus Sententialis Functionalis (“CSF”) *Informatio* quae *dicto* quopiam continetur praeter huius *dicti* meram potestatem veridicam. Verbi gratia, in sententia *Marcus caseum emit*, *Locutiones Nominales Marcus et caseum* non idem semper communicant nec idem valent si, verbi gratia, haec sententia ut responsum ad diversa interrogata usurpat. Post interrogatum *Quid Marcus emit?, caseum est “thema”* (vel forte “focus”) quod novam *informationem* suppeditat, *Marcus* est “thema” (vel forte “topicum”) eo quod nihil novi affert. Post interrogatum *Quis caseum emit?, Marcus est thema, caseum thema*. Quae appellations, ad Scholam Pragensem pertinentes, ad *modulos informationales* ita discernendos interque se disponendos referunt ut constituatur *dicti* cuiuspiam summa semanticopractiva, veritatis condicionibus absoluta (sc. “non-truth-conditional”). Sub +RS ordo *serialis* elementorum Conspectu Sententiali Functionalii continetur. (Anglice: *Functional Sentence Perspective* sive *FSP*)

contextualitas Status quo *contextus discursivus* unicus (π quodpiam) iam *selectus* est.

contextus discursivus Elementa *informationalia* quae intra *discursum* quempiam dictum quodpiam amplectuntur.

contrarium hypocategoricum Vide “*hypocategorismus / contrarium hypocategoricum*.”

correlatum Vtra binarum rerum inter se iunctarum, praesertim ubi altera alteram existere sive valere significat.

CS Configurationalis Structura

CSF Conspectus Sententialis Functionalis

criterialis/criterialiter/criterialitas/criterion Proprius rei quae iudicio quopiam certo et probativo sive regula quapiam fixa aliquid decernere sive destinare possit. (Denominatio Wittgensteiniana)

- Δ-fastigium** Denominatio omnium nodorum ipso in fastigio Locutionis Verbalis ([v' [v [v]]]) positorum si haec *LV plana* est sicut in lingua Latina esse solet atque igitur si re vera ita configuratur. [v' [v;] [v;[v]]]. Nodi in Δ-fastigio positi, sicut [v' N₁] et [v N] et [v LP] et [v V], sunt in ordine suo seriali omnino alterni, non autem nodi "filiae" eorum. Vide lemmata "Relationalis Structura" et "nodus."?
- dictum** Spatium sive segmentum sermonis quod et antecedit et subsequitur aut silentium aut alterius locutoris dictum. (Anglice *utterance*)
- discursus/discursalis** Spatium sermonis una *sententia* prolatius, non ad grammaticam sed potius ad *informationem* consideratum.
- discretivus/discriminans/discriminatio** Intra quodvis sistema ordinatum discriminans secundum huius systematis incrementa minima exhibens. (Anglice: *distinctive*)
- dominari** Superiore loco positum esse in stemmate, sc. in *persignatione locutionali* in forma stemmatis descripta. *Nodus* ita in alterum *nudum* dominans ut inter eos nullus intersit tertius dicitur *proxime dominari*. (Anglice: *to dominate, to immediately dominate*)
- iectio/eicere** Exitus *hyperbati* quo alterius Locutionis syntacticae elementum *lexicale* alteri Locutioni, ad quem non pertineat, in *S-Structura* insertum evadit. (Anglice: *stranding*)
- elevatio** Genus regulae in *Grammatica Gubernationis Annexionisque* atque aliis in *grammaticis generativis* usurpatum quo *insertae sententiae complementariae argumentum quodpiam in matricem elevatum esse* videtur in *S-Structura*. Vide quoque "elevatio obiecti." (Anglice: *raising*)
- elevatio obiecti** Quaedam verba temporalia, sicut *credere putare sperare dicere* etc., *insertae sententiae complementariae argumentum externum casu* (in lingua Latina accusativo) ita possunt persignare ut hoc *argumentum matrix internum* esse videatur. (Hoc faciunt, quod quidem comperit indagatio linguistica, *S' categoriam sententiae insertae, quae casus persignationem desuper directam alioquin impedit, delentia*. Quapropter dicitur haec conformatio "casum extraordinarie persignare." Ex quo et "casus persignatio extraordinaria" sive "CPE.") E.g.:
 [s'1 [s1 [s1 [v'1 ♂pro^f [s"2 f_{s2} [s2 [v"2 Marcum^{acc} [v'2 honestum [v_{2 esse]]]]]] credimus^f]]]. (Anglice: *raising; object raising, raising-to-object; exceptional case marking, ECM*)}
- ēthologia / ēthologicus** Scientia moderna quae hominum animaliumque morem sive rationem se gerendi investigat. (Anglice: *behavioral science; behavioral*. Graece: ηθολογία)
- excipere** Vide "selectivus/seligere." (Anglice: *deselect*)
- exitus** (1) Notae vel proprietates vel *informatio qualiscumque* quae de *parte in partem* sive de *fastigio in fastigium grammaticae* ad *S-Structuram* versus traditur. (2) Quaelibet *sententia* secundum cuiuspiam systematis grammatici generativi praescripta formata. (Vocabulum primitus computratiale. Cf. Anglicum *output*.)
- exsolvore PG/θ-munus / exsolutio PG/θ-muneris** Elemento *locutionali* intra *sententiam Potentiam Grammaticam* vel *θ-munus* attribuere. (Anglice *to discharge a GF, to discharge a θ-role*) Etiam: "PG-exsolutio"
- fastigium syntaxis/grammaticae** (1) Inter *F-Structuram* et *S-Structuram* sunt complura fastigia sive "coria" sive ἐπιπέδα theoretica in quorum uno quoque certae operationes syntacticae perduci possint. (2) Intra singulas *persignationes locutionales* dicuntur saepe *locutiones structurales* esse quoque "fastigia." Verbi gratia in structura quae est [v' N₁ [v N₂ N₃ [v V]]] N₁ positum est in fastigio superiore quam N₂. (Anglice: *level*)
- filia** *Nodus* sub alio *nodo in persignatione locutionali* positus. *Nodus* superior nuncupatur "mater."
- fluitatio semantica** Vocabulorum omnium proclivitas ad *campum semanticum* suum temporis decursu et per gradus commutandum sive evolvendum. (Anglice: *semantic drift*)
- formalis/formaliter** Ad normas definitas ordinatasque (hoc est, non ad qualeslibet notiones) spectans.
- F-Structura** Vide "Structura Fundamentalis."
- Functio Fundamentalsis (FF)** Id quod efficit *pars syntactica* cuiusvis systematis grammatici: scilicet, ut *lexemati* cuique *Potentia Grammatica* unica in *sententia* quapiam attribuatur.
- functionalis** Ad *CSF* attinens.

generativus Vide “*Grammatica Generativa*.”

grammatica (sive grammaticae) / grammaticus Disciplina quaevis unica et ordinata quae *structuram sermonis* describat et rationes modosque explicet quibus monades linguisticæ, sicut morphemata et verba et *locutiones*, in *sententias* coniungantur.

Grammatica Generativa (“GG”) Compages sive sistema praescriptorum explicatorum et *formalium* et *structuralium* quae summam finitam *sententiarum bene formatarum* super summam infinitam *sententiarum* quapiam in lingua possibilium sed non *bene formatarum* proicit. Talem *grammaticam sententias bene formatas* “generare” dicimus. GG eo a *grammatica translatica* differt quod huius praescripta simpliciter descriptiva et saepe *notionalia* sunt nec principia generalia sed exacta continet quibus *sententiae male formatae* vetentur.

Grammatica Gubernationis Annexionisque Vide “*Theoria Gubernationis Annexionisque*.”

gubernatio/gubernare In *Grammatica Gubernationis Annexionisque* “categoría gubernans” est *structura minima* (*Locutio Nominalis* vel *sententia*) intra quam valeant iuncturae *annexionis*. X *categoría Y* *categoriam gubernat*, ubi X *categoría* sit aut N aut V aut A aut P aut AGR, dummodo in X et Y *categorias dominetur* eadem unica *projectio maximalis*. (Anglice: *government*)

hyperbaton Structura syntactica eo intermissa sive interrupta habita quod *lexema* sive elementum *locutionale in verborum serie* intra alienam monadēm syntacticām interpositūm est. Quod in *PF* fit, hoc est, per *Migrationem* post structuram in *Grammaticae Generativae parte syntactica generatam*. (Vsuratio *formalis* locutionis rhetoricae Palaeograecae. Anglice: *discontinuous syntactic structure*.)

hypocategorismus / contrarium hypocategoricum Hypocategorismus (sive “*subcategorizatio*”) est *projectio ordinata categoriarum* secundum *coercitiones* certas quas *lexema capitale* requirit. Quae appellatio adhiberi solet ad verba temporalia quorum quodque in *projectionibus V'* et *V"* (sive *projectionibus* complementiva atque denotativa) numerum certum dispositionemque certam elementorum (argumentorum *sororiorum* internorum vel *categoriarum nodo V'* adiunctarum vel argumentorum externorum sub *nodo V"*) postulat. “Theta criterion” invicem postulat (a) ut arguento cuique *θ-munus* unicum attribuatur atque (b) ut *θ-munus* quodque arguento unico attribuatur. Vulgo et translaticie dicitur, verbi gratia, verbum temporale quod est *dare* cum subiecto, obiecto directo, obiecto indirecto construi posse. *Generativa analysis* in qua pars syntactica quam *abstractissima*, semanticae proxima (“LS” sive “*Lexicalis Structura*”) secundum praescripta certa *initum in partem syntacticam structuralem* (aut in “CS” = “*Configurationalem Structuram*” aut in “RS” = “*Relationalis Structuram*”; vide Berard 1993) refert, modo compendiario depingi possit ut

(a)	LS:	<i>dare</i>	1	2	3
			LN <AGENS>	LN <THEMA>	LN <FINIS>

F-Structura

(b)	> CS:	<i>dare</i>	[v N ₁ [v N ₂ N ₃ [v x]]]
		aut	

(c)	> RS:	<i>dare</i>	[v N ₁ [v N ₂] [v N ₃] [v [v x]]]
-----	-------	-------------	--

“*Contrarium hypocategoricum*” est compages et dispositio omnium *categoriarum a capite projectarum*. (Vide etiam ‘*proicere/projectio/principium projectionale*.’) (Anglice: *subcategorization; subcategorization frame*)

implicatio/implicationalis/implicare Hos terminos usurpant semantologi ad binorum vel plurium enuntiatorum significatus formaliter, h.e., logice, inter se referendos. Si, verbi gratia, scitur verumne an falsum sit alterum ex binis enuntiatis, sciri igitur possit utrum verum an falsum sit et alterum.

index (semanticus) / indicialis / coindicare / coindicatio Vni monadi syntacticae attributio unius ex variis sed definitis notis semanticis, sicut <±animatus>, <±masculinus>, <±adultus>, etc. Si in *persignatione locutionali* binae *categoriae* eodem indice sunt notatae, sicut in [X_i ... Y_i ...] vel [X_{ii} ... Y_{ii} ...], dicitur eas “*coindicatas*” esse, id quod significat eas eandem *categoriam* denotare, quamvis propter *Migrationem* aliis in *fastigis syntacticis* alio sit loco posita. Talis autem coindicatio qualis est [X^f ... Y^f ...] vel [X^{ff} ... Y^{ff} ...] indicare solet binas *categorias* quasdam

proprietates (Anglice: *features*) inflectionales inter se communes ferre. (Anglice: *index; indexing; indexical; coindexation, coindexing, etc.*)

indicatio / indicatura (1) Generatim: monstratio sive significatio cuiuspiam rei pretii aut valoris. (2) Hoc in studio: summa aut quantitas exacta rerum attributionumve quas quaepiam *X categoria* continet sive continere queat; id quod *X categoria* accipere potest. (Anglice: *value*)

informatio/informationalis Scientia aut impertita aut accepta.

initus Hoc in tractatu: notae vel proprietates vel *informatio* qualiscumque quae de *parte in partem* sive de *fastigio in fastigium grammaticae* ad *S-Structuram* versus traditur. In *Gubernatione Annexioneque secundum “principium structurae conservandaे”* (Anglice: *structure preserving principle*) omnis *initus structuralis* sive syntacticus in *omnibus fastigiis syntacticis* inter *F-structuram* et *S-Structuram* positus, quamvis *migret*, idem remanet et conservatur. (Anglice: *input*)

inserta (sententia) / insero Vide “*sententia inserta.*” (Anglice: *embedded S; to embed*)

internum argumentum Locutio *structuralis* et *generativa* id significans quod in grammatica tralaticia obiectum (directum indirectumve) nuncupatur.

LA Locutio Adiectivalis

lacuna Vide \emptyset symbolum.

lacuna ambigua Locus in systemate *informationali* in quo, propter *discriminationis* inopiam, quaedam *informationis* quantitas communicari non possit. (Anglice: *specificity gap*)

lexema (1) *Monas lexicalis* et semantica, minima atque distinctiva, quae in dictionariis ut res integra inscribi soleat. Quod ad linguam Latinam attinet: verbum aut idioma. (2) (Hoc in tractatu) monas syntactica *minima* (sive phonetice effecta sive non) quae situm in *structura syntactica* tenere possit.

lexicalis Ex *lexemate* unico sive ex pluribus *lexematis* consistens.

Lexicalis Structura (“LS”) Modus principalis quo verborum *series* inter se reciproce agunt cum sit aliquod *systema ligativum* (φ) iam accomodatum sed adhuc a cuiuspiam *systematis ligativi propriis singulis abstractum*. LS est ergo *Grammaticae Generativae* partis Syntacticae *fastigium supremum* sive *abstractissimum*.

Lexicon Ea pars *Grammaticae Generativae* quae linguae cuiuspiam omnia vocabula, horum figurae omnes, proprietates semanticas, designationes syntacticas (sicut verborum temporalium *contrarium hypocategoricum*) et phoneticas comprehendit.

ligamen/ligare/ligatio/ligatus Proprie appellantur “*ligamina*” omnes proprietates et phoneticae (sive morphologicae) et *structurales* et *pragmaticae* quae efficere possint ut *lexema quodpiam Potentiam Grammaticam exsolvat*. In *Donum dat Petro Marcus*, saltem si nihil de huius *sententiae contextu discursivo* scitur, *-um* et *-o* et *-us* elementa dicuntur esse *ligamina criterialia* quod non tantum possunt *PG-exsolutionem* efficere sed etiam hoc faciunt. (Anglice: *linker/ to link/ linking/ linking*)

Ligationis Modalitates:

Morphologica (“M”): Ligamen ex proprietate morphophonemica vel subclassificatione proprietatum morphophonemicarum lexematis constat.

Structuralis (“S”): Ligamen ex proprietate ordinis serialis lexematum constat.

Pragmatica (“P”): Ligamen ex proprietate contextus discursivi (sive verbalis sive non verbalis) constat.

LN Locutio Nominalis (Anglice: *NP*)

LN-vestigium Vide “ δ ” infra in parte symbolorum.

localis Non *universus* sive qui non *universe* valet.

Locutio/locutionalis Monas syntactica in *Grammatica Generativa*. Logica praescribit omnis structura syntactica ex minimum duabus locutionibus constet. In *Marcus venit*, sunt et Locutio Nominalis (“LN”) et Locutio Verbalis (“LV”). *Grammatica Generativa* demonstrat talibus Locutionibus vel latenter inhaerere et alia complura elementa *structuralia* (ob *principium projectionale*), e.g.: [s [s [c [c [c [s [v [v [N [Marcus]]] [v [v [venit]]]]]]]]]. Vide etiam “*ratio notaria apicalis* (etiam *X-apex*).” (Anglice: *Phrase, Noun Phrase, Verb Phrase,*

etc.)

LP *Locutio Praepositionalis* (Anglice: *PP*)

LS *Lexicalis Structura*

LV *Locutio Verbalis* (Anglice: *VP*)

male formatus Non *bene formatus*.

mater Vide *vocabulum quod est nodus*.

matrix *Sententia* (superordinata) cui alia *sententia inseritur*.

M-ligamen *Ligamen morphologicum*, sive ligamen quod aut phonetice aut (in scriptura) visualiter discerni atque operari possit sine discrimine ordinis *lexematum in serie*.

M-signum Elementum morphologicum sive elementum aut phoneticum aut (in scriptura) visuale quod *lexemati* cuipiam aut proprietates semanticas attribuere aut restrictiones syntacticas imponere possit. (Anglice: *M-marker*)

M-systema Vide "systema morphologicum."

metaphorismus Metaphorarum fictio sive mos metaphoras (sive sive topos sive verba translata) fingendi.

Migratio/migrare/migrationalis Appellatio generalis a *Grammatica Generativa* adhibita quae actionem indicat elementum syntacticum quodpiam inter duo *fastigia syntactica* movendi (saepissime inter *F-Structuram* et *S-Structuram*). (Anglice: *Movement*)

minimum par Vide *par minimum*.

modalitas Proprietas aut momentum modum denotans.

modulus Cuiuspiam rei elementum separabile, saepe quod aliis commutari possit. (Anglice: *module*)


monas lexicalis Elementum in *Lexico extans* una cum omnibus eius figuris morphologice distinctis et proprietatibus semanticis et designationibus syntacticis. (Anglice: *lexical item*)

monotransitivum verbum Verbum temporale quod cum obiectis (sc. *argumentis internis*) construitur tantummodo unum *θ-munus* habentibus. (Cf. verba ditransitiva, sicut *dare*)


N Nomen

nodus Locus sive positio in *structura locutionali* cui directe subiacent duo plurave elementa structuralia (sive *filiae*, quae dicuntur); quae elementa (sive "rami") parallela "sorores" sive "elementa sororia" nominatur. Nomen ortum est a *sententiarum* depictionibus ut per stemmata. E.g.:

(a) "I will ask you one question" (Mark XI. 29) → [v' N₁ [v' [v V] N₂ N₃]] →



(b) sed “Interrogabo vos... ego unum verbum” → [s [v, [v V]] [v N₂] [v N₂]]] →



(Vide “Relationalem Structuram et Δ-fastigium.”)

nominalis E nomine constans. (Cf. “pronominalis.” Cf. etiam “Locutio Nominalis”.)

notionalis Ad notiones, non ad structuram attinens.

O “Obiectum.” Appellatio syntactica translaticia et notionalis (nec tamen a grammaticis antiquis nec a glottologis generativis modernis usitata), vocabulo generativo et structurali quod est “argumentum internum” congruens.

obstructio Appellatio in *Grammatica Gubernationis Annexionisque* usurpata categorias indicans quarum fines quaedam phaenomena syntactica circumscribant. Vna obstructio gubernationem impedit; duae Migrationem impediunt. Principium quod posulat ut *Migratio* non plus unam obstructionem transcendat vocatur “subiacentia.” (Anglice: *barrier*)

oratio peculiaris Omnis oratio, seu poetica seu drammatica seu rhetorica seu plerumque animi affectibus valde mota, quae prorsae orationis solitae cotidianaequae normas superet. (Anglice: *exceptional speech*)

P Praepositio

par minimum Quoddam principium heuristicum sive quaedam ratio inventionis primo in phonologia, deinde aliis in glottologiae partibus adhibita qua per systematis *informationalis* cuiuspiam unicum elementum sive unicum incrementum *indicatura* monadis *informationalis* cuiuspiam commutari possit. Verbi gratia, minimo permuto pari morphologico quod est [[d]↔[t]] in [vidū] et [vīcī], commutatur *exitus semanticus maximopere*.

parametrum/parametricus Terminus a *Theoriā Gubernationis Annexionisque* exercentibus adhibitus denotationem exactam indicans variationum quas principium grammaticum quodpiam in compluribus linguis praestat.

pars (grammaticae) Omnis *Grammatica Generativa* in complures partes dividitur, praesertim: Semanticam, Phonologicam, Syntacticam (antea “Transformationalem”). Quae invicem in partes secundarias, sive “subpartes,” dividuntur, sicut Semantica in partes Lexicam et Pragmaticam; Phonetica in partes Articulariam et Expressivam. (Anglice: *component*.) Syntaxis, hoc est, pars *Grammaticae Generativae* in theoria inter F-Structuram et S-Structuram posita, saepius in fastigia dividitur. (Anglice: *level, component*)

percolare (et Colum) Per Colum agere. Colum est omnis condicio quae probibeat ne generetur sententia *male formata*. (Anglice: *to filter / Filter*)

persignare/persignatio (etc.) Vocabula hoc verbo exorta principium *analyticum* glottologicum indicare solent quo paria *proprietatum* linguisticarum quae pro contrariis habentur *indicaturas* diversas accipiunt, sc.: “affirmativum” et “neutrale” sive “negativum.” *Categoriae affirmativae* plerumque dicuntur esse “persignatae.” Infra quas persignationes generales, ut *classes*, porro enumerantur saepe et *subclasses*. Exempli gratia, persignatio <*Casu praeditum*>, scilicet contrarium eius persignationis quae est <nullo *Casu* praeditum>, plures invicem in *Casus* singulos dividitur sicut “nom,” “acc,” “dat,” etc. (Anglice: *to mark; marker; markedness; Case-marked, etc.*)

persignatio locutionalis Notatio sive depictio *locutionum structurae* secundum regulas *Grammaticae Generativae* factam. Duae sunt accepta genera: (a) stemmata (vide “nodus”) et (b) notationes concatenatae, sc. sicut [v N₁ [v [v V] N₂]]. (Anglice: *phrase marker; branching tree / bracketed phrase marker*) Vide etiam “ratio notaria apicalis (etiam X-apex).”

PG-ligamen Id quod saepius et simpliciter “ligamen” vocatur.

Phonetica Forma (PF) Appellatio a *Theoria Gubernationis Annexionisque usurpata partis phonologicae* cuiuslibet systematis grammatici totum *exitum* indicans. *Fastigium grammaticum* in quo *exitus* (2. generis) *generatur*, in quo scilicet *dictum* quodpiam in formam phoneticam redigitur. Hic accommodantur vocis accentus necnon ordinis *serialis* commutations *functionales* post-Syntacticas (sc. status -CS propriae).

plana structura In lingua Anglica et aliis similibus in quibus asymmetria inter subiectum et obiectum per ordinem verborum semper exprimi oportet nec umquam licet, ne post verba quidem *migrata*, subiectum inter verbum temporale et obiectum collocari, *Locutionis Verbalis structura* ita depingi convenit: [v N [v [v V] N]]. In lingua autem Latina aliisque similibus in quibus “asymmetria” inter subiectum et obiectum per *M-systema* constanter exprimi oportet, non autem necessario per *S-systema*, atque ideo subiectum inter verbum temporale et obiectum collocari licet, *Locutionis Verbalis* “assymetria” est *abstracta*. Si *persignationes locutionales* generis [v N [v [v V] N]] ad *Locutionem Verbalem* Latinam depingendam adhibeantur, vim habeant *abstractam* ut symboli *relationales* potius quam *configurationales*. Magis autem convenit *persignationes locutionales* constanter et congruenter ad *Configurationalem Structuram* repraesentandam adhibere, titulis *relationalibus* additis ad *Relationalem Structuram* describendam, e.g.: [v N₁ [v N₂] [v [v V]]], quae *persignatio* clare indicat in *Configurationali Structura*, quamvis non in *CSF, categoriarum ordinem* seriale esse “liberum.” Vide Berard:1993:111-118 et 1995:1-8, ubi affirmatur *parametra syntactica* non quibusdam linguis, sicut Anglica, sed potius principiis latioribus (sc. criterialitate ad FF complendam) fundanda esse linguamque Latinam perinde ac si *Locutionem Verbalem configurationalem*, non planam, haberet tractantes necesse habere seriem *parametrorum* asciscere quae compluribus in linguis *transformationes* additicias (supervacaneasque) permittant. (Anglice: *flat structure*)

P-ligamen *Ligamen pragmaticum*, sive *ligamen pragmaticum* efficiens ut *PG exsolvatur*.

positio (1) Incrementum minimum systematis morphologici cuiuspiam, sc. figura *lexematis* (Anglice: *form*). Cf. situm sive locum in *serie* ubi *lexema* positum est. (2) *Positio parametrica*. Existente *parametro* glottologico [X ↔ Y], alterum linguarum genus habet X positionem, alterum habet Y positionem. (Anglice: *parametric setting*)

Potentia Grammatica (PG) Munus syntacticum quo *lexema* vel *Locutio* in *sententia* fungitur. (Anglice: *Grammatical Function, GF*)

pragmaticus Grammaticae modernae *pars* pragmatica est studium illud sermonis quod et sermone utentem et ea quae utuens dicere decernit (hoc est, “locutoris decreta”) spectat. Ars pragmatica investigat quibus modis locutor, qua societatis cuiuspiam et condicionum quarumpiam particeps, ita *coerceatur* ut quopiam modo et non alio loquens “se gerat.”

proicere / proiectio / principium projectionale Appellatio a *Grammatica Generativa* usurpata ut describatur quomodo per *grammaticam* quampiam *classis sententiarum* quarumpiam *analysis effecta* ita extendi possit ut ad *classem omnium sententiarum* possibilium *coercens* adhibeatur. In *Gubernatione Annexioneque* possunt *lexemata*, per “principium projectionale,” proprietates *locutionales* secundum schema X < X' < X'' proicere, e.g.: V (quae est monas *structuralis* ipsius verbi temporalis sive *Locutionis Verbalis* “caput”) > V' (monas *structuralis* qua verbum temporale completi potest, e.g., per *argumenta* aut *adiuncta interna*) > V'' (monas *structuralis* qua *Locutio Verbalis* denotari, e.g., per *argumenta* aut *adiuncta externa*, aut in structura superiore, sicut in S², repraesentari potest). Vide exemplum sub lemmate *Locutio/ locutionalis*. Vide et “ratio notaria apicalis (etiam ‘X-apex’).”

projectio maximalis Vide “ratio notaria apicalis (etiam ‘X-apex’).”

PRON Pronomen

pronominalis E pronomine constans.

proprietas Vide *index (semanticus) / indicialis / coindicare*. (Anglice: *feature*)

prostypum Appellatio in glottologia varie usurpata. *Syntax generativa* in studio indicare potest structuram aliquo in *grammaticae fastigio* pro canonica habitam. (Anglice: *template*)

P-signum Elementum minimum *pragmaticum* quod *PG-ligamen* constituere possit.

P-systema Vide “*systema pragmaticum*.”

ratio notaria apicalis (etiam “X-apex”) Systema representationis atque *analysis* quod in *Grammatica Generativa* recentiore adhibetur *structuram Locutionalem* describendi causa in quo cuiusque *locutionis caput* (X^0) in *fastigia functionalia superiora* (a) *complementaria* (X') et (b) *denotativa* (X'') extenditur, sicut N^0 (sive N) $< N' < N''$. Vide quoque “*nodus*.” (Anglice: *X-bar notation*; “*X-bar*”)

Rationis notariae apicalis aliquot principia:

- a. X (sive X^0) = *caput Locutionis cuiuspiam*
- b. X' = *complementum eius categoriae* cuius est X *caput* (= “*X-COMP*”; Anglice: *X-COMP*)
- c. X'' = *categoria denotans eam categoriam* cuius est X *caput*, quod *structurae fastigium* etiam *projectio maximalis* denominatur (= “*X-DEN*”; Anglice: *X-SPEC*)
- d. $[x^* [x^* [x X]]]$ = tota *Locutio structuralis* cuius est X *caput*
- e. $[_v V]$ = *verbum temporale*, *caput Locutionis Verbalis*
- f. $[_v N [_v [_v V] N]]$ = *persignatio locutionalis Locutionis Verbalis* in qua sunt (a) *verbum temporale*, $[_v V]$, et (b) *argumentum externum*, $[_v N]$, et (c) *argumentum internum*, $[_v N]$.
- g. $[_P [P N]]$ = *exemplum Locutionis Praepositionalis unum obiectum*, sc. *Locutionem Nominalem complementalem*, continentis
- h. $[_P [P N] [N' [A] [N N]]]$ = *exemplum Locutionis Praepositionalis unum obiectum*, sc. *Locutionem Nominalem complementalem*, per *adiectivum antecedens qualificatum*, continentis
- i. $[_v N [_v [_v V] N [_P [P N] [N' [A] [N N]]]]]$ = *exemplum Locutionis Praepositionalis* (h.) in *Locutionis Verbalis* (f) *fastigium complementarium munere adverbiali fungendi causa insertae*.

Relationalis Structura (“RS”) / relatio / relationalis (1) Terminus primitus ad Grammaticam Relationalem (sive “*Dependentiale*” sive “*Valentiale*”) spectans, quae syntaxis fundamentum esse ponit conexus *abstractos* sive *notionales* inter *categorias syntacticas* hisque conexibus in *grammaticae fastigio* posteriore *lexematum ordinem serialem* subvenire. (2) Hoc in studio: Genus *Structurae Locutionalis*, *fasitigio abstracto* quod est *Locutionalis Structura subiectum*, quo secundum hunc tractatum et alios (vide quoque Berard 1993 et 1995) *Potentiae Grammaticae* unice per *M-systema* attribuuntur. “+RS” circumiecta indicat in quibus morphologice *ligetur*.

restrictivus (et restrictio) Necessarius sed non sufficiens ad aliquid efficiendum. Hoc in tractatu dicitur esse *restrictivum* quodvis *ligamen* quod necessarium sit sed non sufficiat ad *PG exsolvendam*.

reversio / reverti *Indicatura* quam assumit systema vel programma sive cursus quem sequitur sistema vel programma quandocumque utens programmatore nullam aliam *indicaturam potiorem* sive nullum aliud cursum potiorem designavit. (Anglice: *default, to default*)

RS Relationalis Structura

S (1) “*Subiectum*.” Appellatio syntactica translatica et *notionalis*, vocabulo *generativo* et *structurali* quod est “*argumentum externum*” congruens. (2) Vide “*sententia*.”

selectivus / seligere / selectio / selectionalis Talia vocabula varie a glossologis usurpata referuntur praecipue in *Theoria Gubernationis Annexionisque ad restrictiones* sive *semanticas* sive *syntacticas* sive *thematicas* (velut $[_v LN < +Animans >]$) per *monadis lexicalis* cuiusque *contrarium hypocategoricum* ita impositas ut singula *lexemata* aut “*seligantur*” quae in hoc *contrarium hypocategoricum* *proiciantur* aut “*excipiuntur*” quominus *proiciantur*. (Anglice: *to select/deselect*)

sententia Monas maxima *temperationis syntacticae* intra quam partes orationis (nomina, adiectiva, adverbia, verba temporalia, etc.) et classes grammaticae (*lexemata*, *Locutiones*, *membra*, etc.) operari dicuntur.

sententia inserta In *Grammatica Generativa* terminus pure *structuralis sententiam* significans in alterius *sententiae structuram* syntacticam infixam; id quod translatice “*membrum subordinatum*” denominatur. (Anglice: *embedded sentence*)

- sententialis** Ex *sententia* (*S*) constans sive *sententiam* constituens.
- semita** Appellatio a glottologis (et aliis) varie usitata. Hoc in tractatu “semita” est cursus causalis integer sive catena causalis perpetua (quae saepe inter duo plurave *fastigia* aut *partes grammaticae* procedere habentur). (Anglice: *pathway*)
- series / serialis** Elementorum ordo linearis longitudinis atque dispositionis definitae. (Anglice: *string*)
- signum** Vide “*pesignare (etc.)*.”
- S-signum** Elementum *structurale* minimum quod *lexemati* cuiquam *restrictiones syntacticas* imponere possit. (Anglice: *S-marker*)
- situs argumentivus** In *compage argumentativa* situs quivis quem liceat ut unicum *argumentum* occupet. (Anglice: *argument position*)
- S-ligamen/S-ligare** Vide “*Ligamen structurale*.”
- soror/sororius** Vide “*nodus*.”
- structura/structuraliter** (1) Intra *grammaticam* quampliam dispositio ordinata elementorum theoreticorum inter se similium quae *fastigium* distinctum unicunque constitut aut quae per modos inter se similes muneribus inter se similibus fungatur, e.g.: *F-Structura*, *S-Structura*, “*structura semantica*,” “*structura phonologica*,” “*structura morphologica*,” etc. (2) Elementorum ordo in *serie*. (3) Compages syntactica conformatio verborum quaevis.
- Structura Fundamentalis (F-Structura)** *Sententiae* descriptio syntactica et *abstracta* quae in theoria ceteris subiecta est sive prior quam ceterae in mente exstare habetur atque omnia ad *sententiam* interpretandam necessaria denotat. (Anglice: *Deep Structure* sive *D-Structure*)
- Structura Superficialis (S-Structura)** *Sententiae* descriptio syntactica et *abstracta* ut *categoriarum series* post *Migrationem* generatarum. In *S-Structura* *initus* et ex *grammaticae parte phonologica* suppeditur. (Anglice: *Surface Structure*, *S-Structure*)
- structuralis** (1) Ad *structuram* (generatim et universe) attinens. (2) Ad *S-Structuram* attinens.
- S-Structura** Vide “*Structura Superficialis*.”
- Structura Locutionalis (“SL”)** Modus *locutionum bene formatarum* regulis *serie ordinatis* adhibitis generandarum, qui modus operandi, a Noam Chomsky repertus, principium et fundamentum efficit omnis *Grammaticae Generativae*. (Anglice: *Phrase Structure*)
- S-systema** Vide “*systema structurale*.”
- subclassis** *Classis* quaepiam *classi* cuiquam subiecta. (Anglice: *subset*)
- suppletivus** Singulum *systema* ex elementis binorum pluriumve constituens.
- syntaxis nuclearis** Syntaxis *partes non functionales* (in quibus igitur *Potentia Grammatica* attribuitur).
- systema morphologicum (M-systema)** Eiusmodi *systema ligativum* in quo sit morphologia criterialis ad *ligationem* efficiendam.
- systema pragmaticum (P-systema)** Eiusmodi *systema ligativum* in quo sit *contextus discursivus* criterialis ad *ligationem* efficiendam.
- systema structurale (S-systema)** Eiusmodi *systema ligativum* in quo sit *ordo lexematum in serie* criterialis ad *ligationem* efficiendam.
- systema ligativum** Systema quo *lexemata* ad *Potentias Grammaticas ligari* possint. Secundum hunc tractatum sunt systematum *ligativorum* genera tria: *morphologicum*; *structurale*; *pragmaticum*. (Anglice: *linking system*)
- thematus** Vide “*θ-munus/Theta-munus*.”
- Theoria Casuum Generativa** Summa doctrinae *generativae de Casu (Abstracto)*.
- Theoria Gubernationis Annexionisque** Forma sive “*exemplar*” *Grammaticae Generativae* ex “Extended Standard Theory” illo et, postremo, a *Grammatica Transformationali* orta quae tria esse *fastigia grammaticae* praecipua ponit: *F-Structuram*, *S-Structuram*, *Formam Logicam*.
- θ-exsolutio/Theta-exsolutio** *Exsolutio θ-muneris* cuiuspiam.
- θ-munus/Theta-munus** Appellatio a *Theoria Gubernationis Annexionisque* adhibita partem semanticam sive “*thematicam*” indicans quae *argumento* cuiquam una cum *Potentia Grammatica* quapiam attribui possit, velut: *AGENS*, *PATIENS*, *LOCATIVVM*, *FONS*, *FINIS*. (Anglice:

θ-role, Theta-role, thematic role

topicalizatio / topicalizare Talis *Migratio* sive *transmotio* unius *sententiae* elementi ad eiusdem *sententiae* principium ut hoc elementum *rHEMA* (sive “topicum” fiat). Vide “*Conspectus Sententialis Functionalis* (“CSF”).”

transformatio Operatio linguistica formalis quae efficit ut duo *fastigia* representationis *structuralis inter se committantur.*

transmotio Recompositio *functionalis* ordinis *serialis categoriarum* in *Phonetica Forma.*

universe / universus Id quod universe valet nec ex singulis derivationibus vel *transformationibus* algorismis pendeat quin potius in tota area indagatoria (sc. lingua, etc.) semper validum sit. (Anglice: *global; globally*)

V “Verbum temporale” ut *Locutionis Verbalis* caput.

vestigialis Adhuc extans sed potentia prisca (velut potentia *criterialis*) carens. *M-systema* est vestigiale si omnia morphemata quae quondam *ligare* valebat hoc non iam valent.

vestigium / LN-vestigium / δ-vestigium Vide “δ” infra in parte symbolorum.

X-apex Vide “ratio notaria apicalis.”

Symboli atque termini algorismici hoc in opusculo usurpati:

m	per <i>ligationem morphologicam</i>
n	Aliqui numerus (1 sive 2 sive 3, etc.)
p	per <i>ligationem pragmaticam</i>
s	per <i>ligationem structuralem</i>
ʃ	<i>Sententia declarativa principalis</i>
X_i ... Y_i vel	
X^f ... Y^f	<i>Coidicatio</i> (Vide “index.”)
X^v	X per Y exponitur sive X qua Y exponitur
X_y	X exponit Y sive Y qua X exponitur
X/Y	X denominatur (vel exponitur) per Y. Talis adhibetur ratio notandi ubi existant complura denominationis vel expositionis <i>fastigia</i> . E.g., $\frac{X}{Y(z)}$
	indicat X elementum per Y elementum denominari quod invicem per Z elementum (quod est <i>subclassis</i> eius <i>classis</i> quae est Y) exponitur.
X ⊂ Y	X <i>subclassis</i> (propria) est illius <i>classis</i> quae est Y
X ⊃ Y	Y <i>subclassis</i> (propria) est illius <i>classis</i> quae est X
X ~ Y	X <i>categoriam</i> oportet Y <i>categoriae</i> in serie proxime antecedere
X † Y	X <i>categoriae</i> non licet Y <i>categoriae</i> in serie proxime antecedere
< X	...quod ex X ortum est
> X	...ex quo oritur X
(X)(Y)...	Locum in <i>serie</i> alternare possunt (sc., ordo <i>serialis</i> elementorum quae sunt X et Y et aliorum similiter notatorum potest, indemni FF, mutari.)
X , Y	Aut X aut Y aut ambo
X/Y	Aut solum X aut solum Y
X ≠ Y	X non est Y. X et Y non sunt aequa.
[X]	X est morphema
Y(...) [z x]	In <i>categoria</i> Z potest Y <i>categoria</i> locum occupare ubi stat x. Saepe apparet Y tantummodo in oratione priore.
Z ↔ ∀x ∃ y(x)	“Z valet (sive operatur) dummodo pro omni x exstet y huius x.”
δ	<i>Categoria vacua</i> , cui nomen “δ-vestigium,” sub +RS locum in -CS indicans in quo, alio in fastigio grammatico, categoria quaepiam ante <i>transformationem</i> posita esset. δ-vestigium <i>hyperbaton</i> operari indicat, sc. S-systema interrumpi, quamvis M-systema continuum maneat. Cf. “t” quod est “(LN-) vestigium”

	in $+CS/-RS$, sc. ubi S -systema, quamvis interrumptum, operatur atque M -systema deest. (Anglice: δ -trace; trace; NP-trace)
δ_{pro}	$Categoria\ vacua$ in eis linguis M -ligantibus (sc. in $+RS$) accidens in quibus <i>argumenta externa</i> sileri licet, e.g.: <i>Panem edo</i> → [v ₁ [v ₂ [N ₂ <i>panem</i>]] [N ₁ $\delta_{pro_{ii}}$] [v ₃ [v ₄ <i>edo_{ii}</i>]]]. δ_{pro} locum fixum in M -systemate occupat, non autem in S -systemate. (Cf. “ <i>pro</i> ” quod in $+CS/-RS$ operatur locumque igitur fixum in S -systemate occupat.)
\dots_0	θ -munere praeditum. (Ergo N ₀ est <i>Locutio Nominalis</i> quae est <i>argumentum</i> .)
λ	<i>Locutio</i> (syntactica) quaevis
Λ	<i>Locutio</i> quae sit aut <i>argumentum</i> aut <i>adiunctum</i>
π	<i>Initus pragmaticus quispiam</i> sive <i>contextus discursivus quispiam</i>
Π	<i>Classis (pragmatica)</i> omnium qui fieri possunt mundorum
σ	per “ <i>ligationem semanticam</i> ” (putativam)
φ	<i>Systema ligativum</i> (quodpiam)
Φ	<i>Classis omnium ligaminum possibilium</i>
$*\dots$	Verbum illicitum/pravum sive sententia illicita/prava (vel <i>male formata</i>)
\dots^*	<i>Categoria vacua</i> quaevis
\emptyset	“Lacuna,” <i>categoria vacua</i> quae cum <i>categoria in structura</i> priore loco homologo posita coindicatur (Anglice: <i>Gap</i>)
→	“(Alio modo atque mutatis mutandis) rescribi potest ut...”
↔	Oppositio aut <i>parametrica</i> aut <i>paris minimi</i>
#	<i>Sententiae terminus</i> . (#X... sibi vult, “X est primum <i>sententiae elementum</i> .”) ...X# sibi vult, “X est ultimum <i>sententiae elementum</i> .”)